ARGUMENTVM.

Respondet ad legatorum mandata Gelo: primūque expostulat quòd antea repudiatum à Græcis, quum vltro suas belli in barbaros partes deposceret, nunc idem repetatur. Deinde sua illis offert auxilia, sed ea lege vt ad se eius belli summa deferatur.

**Α**νδρες Ἑλλήνες, λόγον ἔχοντες πλεονέκτων, ἐπολιμήσατε ἐμὲ σύμμαχον ὄντι τὸν βάρβαρον ὡςδε καλέοντες ἐλθεῖν. αὐτοὶ δὲ ἐμὲ ὡσπερὸν δένδρον τὸ βαρβαρικῶν στρατῶν σιωπεῖσθαι, ὅτε μοι ὡς Καρχηδονίους νέως αὐτοῖσι, ὅτι σιωπῆσθαι τὸν Δωριέως τῆ Ἀναξανδριδέως ὡς Διγασίαν φόνον ἐκ τῆς ἑσέσθαι, ἵστω τεινοντὶς τε πρὸ ἐμπόρου σιωπεῖσθαι, ἀπὸ ἂν ὑμῖν μεγάλα ἀφέλαια τε καὶ ἐπαυρήσεις γέρονται, οὐτε ἐμὲ εἴνεκα ἢ λθετε βοηθήσοντες, οὐτε τῆ Δωριέως φόνον ἐκ τῆς ἑσέσθαι. ὅτι κατ' ἡμέας τὰ δὲ πάντα ἵστω βάρβαροις νέμονται. ἀλλ' οὐ γὰρ ἡμῖν καὶ ὄντι τὸ ἀμεινον κατέστι, ναὺ δὲ ἐπειδὴ πε-

λελήλυθε ὁ πόλεμος, καὶ ἀπικταί ἐς ἡμέας, οὐτὸ δὲ Γελωνος μνήσις γέρονε. ἀπμῆσις δὲ ὡς ὑμῶν κρησῆσι, οὐκ ὁμοιωσάμην ὑμῖν, ἀλλ' ἐπιμῶσις εἰμι βοηθεῖν, παρεχόμενος δικασίας τε σελήρεας καὶ δικυμῆσις ὀπίπται, καὶ δικυμῆσις ἵππων, καὶ δικυμῆσις ποσειδῶν, καὶ δικυμῆσις σπενδονήσις καὶ δικυμῆσις ἵπποδρομοῖσι ψιλῶσι ὅτι τε ἀπμῆσις τῆ Ἑλλήων στρατῆ ἔστ' αὐτῶν δικυμῆσις ἡστω, ἵστω ἐκῶμα παρῆσθαι, ἐπὶ ὅστω τῆ καὶ ἡμῶν ἵστω Ἑλλήων γηῆστω ὡς τὸν βάρβαρον ἐπὶ ἄλλω δὲ λόγῳ ἔστ' αὐτῶν ἐλθῶσι, οὐτὸ αὐτῶν πῆστω.

## E ADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

**V**iri Græci, insolentem habetis orationem, qui ausi estis me adire, hortantes ad ineudam aduersus barbarum societatem, quum ipsi me orantem prius aduersus exercitum barbaricum recusaueritis socium. Nam dum mihi erat cum Carthaginensibus certamen, incumbenti ad vltionem necis Doris Anaxandridæ filii de Aegestanis exigendam, offerrebamque me adiutorem ad liberanda emporia, vnde vobis magna emolumenta atque voluptates prouenerant, vos neque mei adiuuandi, neque vltionis de nece Doriana exigendæ gratia venire voluistis. Itaque quantum in vobis est, omnia hæc à barbaris possidentur: verum nobis hæc in melius reciderunt. Nunc quoniam circumuenit vos atque attigit bellum, ita demum Gelonis memoria facta est. Sed contentus à vobis, non ero vestri similis: sed paratus sum ad opem ferendam ducere, tantum triremium, & viginti millium armatorum, ac duum millium equitum, totidemque ferientariorum, totidemque leuis armaturæ, totidem sagittariorum, totidem funditorum. Sed & rem frumentariam cunctis Græciæ copiis, donec fuerit debellatum, suppeditatum me recipio. Sed ea lege hæc polliceor, vt ego sim aduersus barbarum Græcorum imperatori: aliter neque ipse venirem, neque alios mitterem.

ORATIONE S.  
GELONIS ORATIO.

ARGUMENTVM.

Ad Gelonis postulationem Lacedæmonius legatus stomacho & indignatione exarferat, negarâque hoc vnquam commissuros Spartanos vt peregrinum ducem sequerentur. Gelo vt mitius ageret, de integro ita cum iis egit: partem imperii poposcit, vt vel mari vel terra præesset.

Ὁ Ζεῖνε Σπαρπηῖτα, ὀνειδέα κατάντα ἀνδρώφω, φι-  
λέει ἐπιτάγειν τὸν θυμὸν· σὺ μὲν τοὶ Διὸς Δεξιὰ μὲν οὐ-  
δέισματα ἐν τῷ λόγῳ, οὐ μετρίως ἀρρημονα ἐν τῇ ἀμοι-  
βῇ γῆν ἔδωκε, ὅκου δὲ ὑμεῖς οὕτω παρῆχθε τῆς ἡγεμονίης,  
εἰκὸς καὶ ἐμὲ μᾶλλον ὑμῶν παρῆχθε σπαρτῆς τε ἐόντα  
πολλαπλασίου ἡγεμόνα καὶ νηῶν πολὺ πλεονων. ἀλλ' ἐπεὶ

τε ὑμῖν λόγος οὕτω παρῆχθε καὶ πῶσαι, ἡμεῖς τοὶ ἴσσομεν  
ξοῦμεν τὸ ἀρχαίου λόγου. εἰ τὸ μὲν παρῆχθε ὑμεῖς ἡγεμόνα, τὸ  
δὲ ναυπηκὸς ἐγὼ εἰδὲ ὑμῖν ἴσον ἢ τὸ κτλ. ἡγεμόνα ἡγεμό-  
να ἴσσομεν, τὸ παρῆχθε Δεξίω καὶ, ἢ τοῦτοισι ὑμῶν χρεῶν ὅστι  
ἀρέσκεισθε, ἢ ἀπὸ τῶν συμμάχων τοῖωνδε ἐρήμοις.

E ADEM LATINE,  
Laur. Valla interprete.

**H**ospes Spartiata, cōtumeliæ homini factæ solent irritare indignationem: verum tu contumeliosis in me verbis inuehens, non tamen induces me ad vicem contumeliosæ reddendam. Sed quando vos ita imperium amplectimini, multo me magis quàm vos decet illud amplecti, qui multo maiorum copiarum ac plurium nauium imperator sum. Cæterum, quoniam ista oratio vestra in contrarium nititur, nos aliquantum à superiore nostra oratione decedemus: Si vos terrestribus copiis præfueritis, ego nauticis præero: sin vos mari imperitare iuuat, ego terrestribus copiis imperitare volo. Ex quo oportet vos aut alterutra harum rerum esse contentos, aut his sociis destitutos abscedere.

ATHENIENSIVM LEGATI ORATIO.

ARGUMENTVM.

Non tulit postulata conditionemque à Gelone propositam Atheniensis legatus. Alienum enim esse à dignitate suæ ciuitatis, vt alii de principatu concederēt præter Spartanos. Aut enim se, aut Spartanos rei naualis imperium meritò habituros.

Ὁ Βασιλεῦ Συρηκουσίων, ἐπὶ ἡγεμόνος Δεξιὰ μὲν ἢ Ἑλλάς  
ἀπὸ περὶ ἡμῶν παρῆχθε σέ, ἀλλὰ σπαρτῆς σὺ τὸ ὄκωσ  
μὲν σπαρτῆς περὶ φῆς μὴ ἡγεμόνος τῆς Ἑλλάδος, οὐ παρῆ-  
χθε ὡς δὲ σπαρτῆς αὐτῆς, γλίχαι, ὅσον μὲν νῦν  
παντὸς τῆς Ἑλλῶν σπαρτῆς ἐδέου ἡγεμόνα, δὲ ἡμῶν ἡμῖν  
ποῖσι Ἀθηνείοισι πονήσω ἔχειν, ὅστις μὲν οἱσὶ ὡς ὁ Δάκων  
ἰκανὸς τοὶ ἐμὲ παρῆχθε, καὶ ἴσσομεν ἀμφοτέρων ἀπολογί-  
μῶν· ἐπεὶ τε τὸ ἀπάσης ἀπελευθέρωσθε, δέεαι τὸ ναυπηκῆς  
ἀρχῆς ἀρχεῖν, οὕτω ἔχει τοὶ οὐδ' ἴσσομεν ὁ Δάκων ἐπὶ τοὶ ἀρ-  
χεῖν αὐτῆς, ἡμεῖς ἐπιστομῶν ἡμετέρη τὸ ὅστι αὐτῆ γε, μὴ

αὐτῶν βουλομένων Δακεδαμονίων. τοῦτοισι μὲν οὐκ ἡ-  
γέεσθε βουλομένοισιν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ δὲ παρῆχθε  
μὲν οὐδὲν ναυμαχεῖν. μάττω γὰρ αὐτῶν παρῆχθε Ἑλ-  
λῶν σπαρτῆς πλείων εἴημεν ἐκτιμῶν, εἰ Συρηκουσίοισι  
ἐόντες Ἀθηνῆαι σὺ χροῖσθε τῆς ἡγεμονίης· ἀρχαί-  
τα τὸν μὲν ἔθνος παρῆχθε, μόνου δὲ ἐόντες οὐ μετ-  
νάσθε Ἑλλῶν τῆς καὶ Ὀμῆρος ὁ ἐποποιὸς ἀνδρα δει-  
σαν ἔφησε ἐς Ἴλιον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, πάσαι τε καὶ δεικνύσασθε  
σπαρτῆς οὕτω ἐπὶ οἰεῖσθε ἡμῖν ὅστι οὐδὲν λέγειν παρῆχθε.

E ADEM LATINE,  
Laur. Valla interprete.

**R**ex Syracusanorū, Græcia nos ad te misit non imperatorum indiga, sed exercitus: tu verò præ te fers non missurum te exercitum, nisi sis Græciæ imperator: videlicet vt illi imperes affectas. Itaque quantum ad eam partem pertinet qua cuncto Græcorum exercitui præesse postulas, suffecerit nobis Atheniensibus silentium agere, contingentibus Laconem fore idoneum ad reddendam pro virisque rationem: quantum autem ad illud attinet, quòd poposcis vt vniuersæ classi præsis, ita habeto: nos etiam, vt Laconem permittat, non esse commissuros præesse te classi, nostrum enim munus hoc est, nisi Lacedæmonii id velint: quibus præesse classi volentibus non contradiceremus, alteri verò concederemus nemini. Nam alioqui frustra plus nauium quàm cæteri Græci possideremus, si Syracusanis imperium cederemus, qui sumus Athenienses, & antiquissimæ originis, solique Græcorum qui nunquam solū vertimus: & quibus virū instruendo ornamdoque



ornandoque exercitu apitissimum Homerus etiam versificator ait Ilium venisse: vt non sit dedecus nobis ista commemorare.

EADEM LATINE

THESSALORVM LEGATORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Thessali in belli Persici apparatu mittunt ad commune Græciæ concilium, qui doceant in finibus suis esse aditum Persæ intercludendum. Id è re communi esse, à se autem solis effici non posse.

Νόμους Ἑλλήνων, δεῖ φυλάσσειν, πῶς ἐσθλοῦ πῶς γὰρ τοῖς περὶ κατιδούσις ποσούτω πρὸς τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ὀλυμπικῶν, ἵνα Θεσσαλίῃ τε καὶ ἡ σύμπασα ἡ Ἑλλάς μόνους περὶ μέων δεῖ διαλέσθαι. βοήθειαν δὲ οὐ βουλομένοι, ἀναγκάσει ἡμῖν οὐδὲ μίλων οἰοίτε ἐσεσθες φέρειν. οὐδαμῶς γὰρ ἀδυνασῆς ἀνάγκη κρείστων ἐσθ. ἡμεῖς δὲ πειρησόμεθα αὐτοῖς ἵνα σταθμῶν μηχενεώμενοι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Viri Græci, Olympicum ingressum custodiri expedit, vt Thessaliæ pariter atque omni Græciæ sit belli tutamen. Nos equidem ad custodiendum præparati sumus: sed vos quoque debetis multum illuc mittere copiarum: quas nisi mittatis, scitote nos pactionem inituros esse cum Persa. Neque enim decet nos adeo ante cæteram Græciam positos, pro vobis solos occumbere. Quibus ferre opem si recufatis, nullam potestis iniungere necessitatem. Nulla nanque fortior necessitas est quàm imbecillitatis. Itaque per nosmet aliqua ratione salutem nobis comparare conabimur.

DE MARATI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum aduersus Persas Lacedæmoniorum copiæ quædam prodiissent, aditu Thermopylarum hostem prohibeturæ, Xerxes insanire eos ratus, de ea re Demaratum interrogauit. Is, quid animi esset Lacedæmoniis, respondet.

Βασίλει, πῶς ἴσως μὲν πάντων ἄνδρα Λακεδαιμονίων πολὺν καὶ πολὺν πῶς τὸ δὲ θελεῖς ἐκμαθεῖν, εἰδὴ οὐκ ἐστὶν οὐτὶ Λακεδαιμονίῳ Σπάρτη πόλις ἀνδρῶν ὅκατα καὶ λίαν μάστιγα καὶ οὐτοὶ πάντες εἰς ὁμοιοῖσι πῶς οὐκ ἀδεμαχεσάμενοι οἱ γὰρ μὲν ἄλλοι Λακεδαιμόνιοι, πύποισι δὲ ἐν ὁμοιοῖσι, ἀγαθοὶ δέ.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Multitudo, rex, Lacedæmoniorum omnium magna est, & ciuitates multæ: quod autem discere vis à me, scies. Est enim Lacedæmone vrbs Sparta octo millium ferme virorum, qui omnes iis qui hîc pugnauere, sunt similes: cæteri Lacedæmonii, non illis quidem similes, sed tamen viri sunt strenui.

EIVSDEM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Eiusdem est argumenti. Quum enim iam virtutis suæ Lacedæmonii in pugna specimen edidissent, stupens in tanta paucitate tantum ineffe animi tantumque roboris Xerxes, de eorum multitudine & domesticis viribus interrogat Demaratum, & qua via expugnari eos posse putet. Respondet is ad singula, & viâ ad eos oppugnâdos aperit.

Βασίλει, εἰ ἄνδρ' ἔστι συμβουλεύει μοι περὶ μέων, δεῖ καὶ μὲν δεῖ σοι φερέειν τὸ ἀριστον· εἰ τῆς ναυτικῆς στρατῆς νέας τελευκασίας ἀποστειλέας ὅππῃ πῶς Λάκωναν χέρων. ἐστὶ δὲ ἐπ' αὐτῆς νῆσος ὅππικειμένη, τῆς οὐνομά' ὅτι Κύθηρα, πῶς Χείλων ἀνὴρ παρ' ἡμῖν σοφώτατος γυμνασιος, κείσδος μὲρον ἔφη ἔστι Σπάρτη ἡ τῆς Σπάρτης καὶ παρὰ δὲ ἄλλοι μᾶλλον ἢ ἄλλοι, αἱ δὲ περὶ δόξα ἐσθ' ἐστὶ τῆς αὐτῆς τοιοῦτο ἔσθ' οἶον π' ἐστὶν ὁμοιοῖσι, οὐ πὸν σὺν σὸ λον περὶ δὲ δὲ, ἀλλὰ πάντα ὁμοιοῖσι φοβερόμενος ἀνδρῶν σὸ λον. ἐκ τῆς αὐτῆς ἂν φ' ἡσθ' ὁμοιοῖσι, φοβερόμενος τῶς Λακεδαιμονίους, παροίκου δὲ πολέμου σὸν εἶόντος ἐσθ' οὐδὲ δεινοὶ ἐσθ' οἶονται τοῖς, μὴ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀλίσκομενος, ἂν πὸ τῶς περὶ, βοήθειαν τῆς αὐτῆς καὶ παρὰ δὲ ἄλλοις τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, ἀδενεῖς ἢ δὴ τὸ Λακωνικὸν μῶρον λείπει. ἡ δὲ τῆς αὐτῆς μὴ ποιῆς, τὰ δὲ περὶ δὲ δὲ ἐσθ' οἶονται, ἐστὶ τῆς Πελοποννήσου ἰσθμὸς σῆνος· ἐν τούτῳ τῶς χέρων πάντων.

Πελοποννησίων σιωμοσυνώντων ὅππ' σοι μάχης ἰσχυροτέρας δέποιήσασσι, ἀμαχίη ὅ,τε ἰαθμός οὕτως καὶ εἰ πάντες  
εἰς ἄλλας ἤν' ἤρωιδίων πωρος δέκειο ἑστασάη ποι' ἐκείνο πωρος χωρήσασσι.

E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

**Q**uum me, rex, libenter confulas, æquum est me tibi quod optimum sit exponere. Id quod vis, hoc pacto fiet, si trecentas naues cum suis propugnatoribus in oram Lacedæmonicam mittas. Adiacet autem illi insula nomine Cythera: quam obrui mari, quàm extare, cōducibilius esse Lacedæmonii Chilon aiebat, vir apud nos sapientissimus: videlicet expectans semper ab ea aliquid tale futurum quale nunc ego expono: non ille quidem tuam classẽ præuidens, sed quamcunque similiter extimescens. Ex hac igitur insula proficiscentes tui Lacedæmonios territent. Ita illi domestico occupati bello, neque tibi erunt infesti, neque cæteræ Græciæ, quum à tuis pedestribus copiis expugnabitur, auxilia ferent. Subacta autẽ reliqua Græcia, Lacones per se reddẽtur inualidi. Quod nisi feceris, hoc fore expecta: Est Peloponnesi arctus Isthmus, quo in loco Peloponnensibus omnibus coactis, alia tibi prælia superioribus atrociora futura prospicio. At si illud feceris, & Isthmus hic citra prælium & cæteræ ciuitates vltro tibi se dedit.

A C H A E M E N I S O R A T I O.

A R G V M E N T V M.

Xerxis erat frater Achæmenes, idẽmque illi concilio intererat. Is, siue inuidia in Demaratum, siue fide in fratrem commotus, contra ea dixit quæ Demaratus suaferat. Et quòd Demaratus autor erat vt, diuisa classe, mari oppugnarẽtur Lacedæmonii, & eorum copiæ distinerentur, vehementer dissuadet hac oratione, nẽ maritimas copias rex distrahat. Neque enim reliquam classẽ Græcis parem esse posse.

Ὁ βασιλεὺς, ὁρέω σε ἀδρόσ ἐν δέκωιδμον λόγους, ὅς φθο  
νέξ παῖ δὲ κρησωνπ, ἢ καὶ πωρ δὲ δὲ κρησωνπ, ἢ καὶ πωρ δὲ δὲ κρησωνπ  
σά, καὶ γδ δὴ ἔσπισ πῖν πῖσι χρεώιδμοι οἱ Ἑλλῖνες χρεώ  
ροι, ἢ τε ἀπυχέιν φθονέοισι, ἢ πὸ κρησωνπ ευγέοισι. εἰ δ' ἐ  
πὶ τῆσ παρεύσσησ τὴν χρεώιδμον, ἢ νέες νεναυηγήκασσι πῖσρακό  
σασ, ἄλλασ ἐκ τῆσ φραποπέδου τειμκοσῆσ ἀποπέμψῆσ πωρ  
πλωίν Πελοποννησων, ἀξίόμαχῶι ποι γίνου' οἱ αἰπίπαλοι.  
εἰλῆσ ἢ εἰδὸν ὁ ναυπῶκος φραπῆσ, δὲ μετὰ χρεώιδμον τε αἰπί  
σῆσ γίνετα, ἢ ἀρχῶιδμον ἀξίόμαχῶι ποι ἔσονται. ἔ παῖς ὁ ναυ

πῶκος ὁ πῶκῶ ἀρήξει, ἢ ὁ πῶκος ὁ ναυπῶκος ὁμοῦ περιόμα  
νος. εἰ ἢ δὲ ἀποσῶσῆσ, ἢ τε σὺ ἐ σῶμα κῆνοισι χρεώιδμον, ἢ τε κῆ  
νοι σοι. ἔ σῶμα ἢ ἢ πῶκῶιδμος δὲ, γῶιδμον ἔ χων. πῶ τῆ αἰπίπ  
λέμων μῆ ὅππῶιδμον κρησωνπ, τῆ τε σῶσονται ἢ πῶκῶ  
μον, ἔ τε ποιήσασσι, ὅσοι τε πῶκῶιδμον εἰσ. ἰκαροὶ γδ ἐκῆνοὶ γῶ  
αὐτοὶ ἰωὺ ἢ πῶκῶιδμον φρονήειν εἰσ, ἢ μῆδῆσ δὲ ἢ μῆδῶιδμον αἰπί  
πῶσ. Λακεδαιμόνιοι ἢ, ἢ ἰωσῆσ αἰπίπῶιδμον Πέρσῶσῆσ εἰς μῆδῶιδμον  
οὐδὲν τὸ παρεὸν φραπῆσ αἰπίπῶιδμον.

E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

**A**Nimaduerto te, rex, verba admittere viri qui tibi prosperè agẽti inuidet, aut etiã res tuas prodit. His enim moribus vti Græci gaudent, vt & fortunato inuideant, & meliorem oderint. Quòd si è præfenti conditione, quum naues quadringentæ naufragium fecerint, trecentas alias è cætera classe miseris ad obeundam Peloponnesum, profectò fient nobis aduersarii pares ad decertandum: at si coniuncta classis fuerit, inoppugnabilis reddetur, & ante omnia nobis illi impares erunt: simulque omnis exercitus nauticus terrestri, & inuicem terrestris vnà iter faciens, nautico erit auxiliò. Quos si distraixeris, neque tu illis vsui eris, neque illi tibi. Tu verò tua ipsius bene constitueris, si aduersariorum res apud te non agitaueris: hinc illi bellum sistent, hæc agent, tot numero sunt. Illi enim per sese ad sibiipsis prospiciendum sufficiunt, & nos itidem ad prospiciendum nobis. Quòd si Lacedæmonii aduersus Perfas in pugnam ibũt, impendentem sibi cladem haudquaquam deuitabunt.





**I**N te nunc situm est seruare Græciam, si mihi accedens, nauale hîc prælium facias, & non horum quibusdam credens, classẽ ad Isthmum abducas. vtrunque enim, quum audieris, inter se comparato. Si ante Isthmum confliges, in parenti pelago dimicabis, vbi nobis minimum expedit, naues habẽtibus & grauiores & numero inferiores. Ex quo etiam si in aliis feliciter nobiscum agatur, tamen amittes Salaminem & Megara & Aeginam. Nam illos vnà comitabitur suus pedester exercitus: atque ita tu eos in Peloponnesum ages, omnẽque Græciam in discrimen adduces. Sin autem id feceris quod suadeo, hæc in eo reperies commoda. Primum si in arcto conflixerimus nos pauca naues cum multis, profectò si æqua belli contingent, multo superiores erimus: quoniam in arcto oppugnare, pro nobis est, in spatio, pro illis. Præterea Salamis seruatur, vbi nostri nunc liberi collocati sunt & vxores. Est & alia hîc causa propter quam item debes præcipuè hîc manere, quòd pro Peloponneso & Isthmo pugnabis: quòd caue (si sapias) ne istos ducas. Quòd si id quod spero continget, vt classẽ vincamus, barbari neque ad Isthmum nobis aderunt, neque vsquam longius ab Attica procedent, sed nullo ordine abibunt: vnde nobis lucrificiemus quæ seruauerimus, Megara, Aeginamque, atque Salaminem, apud quam credibile est nos hostibus fore superiores. Consilia enim agitantibus hominibus rationi consentanea ferè prosperè cedit: secus facientibus ne deus quidem vult adesse, & humanæ sententiæ indulgere.

ARTEMISIAE ORATIO.

ARGUMENTVM.

Retulerat ad regulorum concilium Xerxes, classẽ necne putarent decertari expedire. In eam sententiam ab omnibus partibus ibatur, vt pugnari placeret. Sola Artemisia, quæ in iis castris militabat, dissuasit regi hac oratione, quòd diceret pugnam naualem neque necessariam, vt sine qua debellari facillè posset: & periculosam, tum propter hostium peritiam, tum etiam propter regios classarios, quos parum esse firmos, constaret.

**Εἴπαί μοι** πρὸς βασιλῆα Μαρδόνιε, ὡς ἐγὼ τὰ δὲ λέγω, οὐτε κακίῃ γηιοδρῆν ἐν τῆσι ναυμαχίῃσι τῆσι πρὸς Εὐβοίῃν, οὐτε ἐλαχίστα ἀποδέξαμεν, δέσποτα. τίω δὲ εὐόσαν γὰρ ἡμῶν με δὴ καὶ ὄντιν ἀποδέκνυσθαι, τὰ πῦρ καὶ ναυφρονέουσα ἄριστα ἐς ἀνηγήματα τὰ σα. καὶ τοὶ τὰ δὲ λέγω φείδεο τῆς γῆς, μηδὲ ναυμαχίῳ ποιέεο. ποὶ γὰρ ἄνδρες ἦν ὅσων ἀνδρῶν κρείσσονες ποσὺ τὸν εἶσι καὶ τὰ λαοσταν, ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. τί ὃ πάντως δέει σε ναυμαχίῃσι ἀγακινδυνεύειν; ἐκ ἔχεις μὲν τὰς Ἀθῆνας, ἧν ἄρ' εἰνεκα ὡρμήτης στρατεύεσθαι; ἔχεις δὲ τίω ἄλλω Ἑλλάδας ἐμποδῶν δὲ τοὶ ἴστανται οὐδέ τίς; οἱ δὲ τοὶ αἰτέησαν, ἀπὴλαξάν οὕτω ὡς ἐμεινοῖς ἔπαρπε. τῆ δ' ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ ἦν αἰη πολέμων ἀνηγήματα, ὅσο φράσω. καὶ μὲν μὴ ἐπιχθῆς ναυμαχίῳ ποδῶδρος, ἀλλὰ τὰς ἴνας αὐτῆ ἐχῆς πρὸς γῆ, ἰδῶν, ἢ καὶ πρὸς βαίνων ἐς τίω Πελοπόννη

σον, ἀπεπῶς τοὶ δέσποτα χωρήσῃ τὰ νοέαν ἐλήλυθας. οὐ γὰρ οἶοί τε πολλὸν χρόνον εἶσι τοὶ ἀπτεχῖν οἱ Ἑλλῶνες, ἀλλὰ σφραγῆς δεσμοδῶς καὶ δὲ πόλις ἕκαστοι φέβονται. οὐτε γὰρ σίτος πᾶσα σίσι ἐν τῆ γῆσῳ ἴσῳ, ὡς ἐγὼ πῶτῳ νομαί οὐτε αὐτοῖς εἶκος, καὶ σὺ ὅπῃ τίω Πελοπόννησον ἐλαύνῃς τὸν πῆζον στρατῶν. ἀπτεμῆεν τοὶς ἐμείθεν αὐτῶν ἦσαντας ἐδέσσι μελήσῃ πρὸς τῆ Ἀθῆνῶν ναυμαχίῃν. καὶ δὲ αὐτῆ ἐπιχθῆς ναυμαχίῳ, δεμάτω μὴ οὐ καπῆς στρατῶς κακῶδης τὸν πῆζον πρὸς δὴ λήσῃται. πρὸς δὲ, ὡ βασιλῶ, καὶ τὸδε ἐς θυμὸν βαλῶ, ὡς τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῆ ἀνδρῶν, κακοὶ δούλοισι φιλέοισι γίνεσθαι. τοῖσι δὲ κακοῖσι, χρηστοῖσι δὲ εὐνοῖσι ἀρετῶ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δούλοισι εἶσι οἱ ἐσὶ συμμάχων λόγῳ λέγονται ἦν, εὐνοῖσι Διγυπῆσι, καὶ Κύπριοι, καὶ Κίλιες, καὶ Παμφυλοῖσι ἦν ὄφελός ἐστι οὐδέιν.

E ADEM LATINE,

**H**AEC mea verba, Mardoni, renuntiato regi. Me, quæ nec ignauiffimè in naualibus ad Eubœam præliis me gessi, nec minima præstiti, par est, domine, sententiã meã proferendo, quæ maximè è re tua esse censeo, indicare. Ecce igitur quod tibi suadeo: nauibus parcito, & à nauali prælio abstineto. Viri enim illi tanto sunt tuis in rebus quæ à mare pertinet præstantiores, quanto viri mulieribus præstare cõsuerunt. Qui ñ verò te pugnae naualis fortunam tentare necesse est: nõnne Athenas habes, qua-



rum causa expeditionem hanc suscepisti: nonne & reliquam Græciam? nec tibi quisquam obstitit: quicumque autem obstiterunt, ita cum eis actum est ut par erat. Quomodo autem habituras se res hostium existimem, tibi exponam. Si quidem nauale prælium committere non festines, sed classem prope terram contineas, aut ipse manens, aut etiam in Peloponnesum progrediens, facile tibi, domine, succedent ea quæ animo agitans huc venisti. Neque enim diu tibi resistere Græci possunt, sed eos dissipabis cogesque fugam ad suas quosque vrbes capere. Nam præterquam quod commeatus illis in hac insula non suppetit, ut ego audio: si tu in Peloponnesum pedestres copias ducas, illos qui inde huc se contulerunt, nequaquam permanfuros credibile est, neque de dimicando pro Atheniensibus sollicitos esse futuros. At si nauale prælium committere properes, vereor ne nauticæ copiæ, siquam cladem acceperint, pedestribus damnum afferre incipiāt. Præterea verò rex hoc tecum reputato, bonis viris malos seruos, malis probos solere contingere. Tibi quidem certè, qui virorum omnium es optimus, mali sunt serui, qui in sociorum numero censentur: quum sint Aegyptii, Cyprii, Cilices, Pamphylī, qui nullo rebus tuis esse adiumento possunt.

## MARDONII ORATIO.

## ARGUMENTVM.

Victo maritima pugna Xerxe, Mardonius, quod autor fuerat Xerxi Græciæ petendæ, non modò de spe expetit in Græcia dominatus deiectus, sed etiam regis iracundiam pertimescens, eum conuenit: primùmque dolorem quem ille è clade capiebat, conatur lenire: deinde consilium illi suum exponit, ut se cum Persarum copiis, ad quas illius cladis acceptæ culpa neutiquā pertinebat, erantque integræ, in Græcia relinquat, in magna se esse spe Græciæ regi subigendæ.

Δ Εσποτα, μήτε λυπώ, μήτε συμφορῶν μηδέμιλλω με-  
γάλλω πιβύτῃ δὲ τῷ χειρόνῳ εἵνεκα κρημάτης. οὐ  
γὰρ ἐύλων ἀγῶν ὁ πᾶν φέρων ἐστὶ ἡμῖν. ἀλλ' ἀνδρῶν τε καὶ  
ἰσπων. οὐδ' οὔτε τις ποτιῶν ἦν τὰ πᾶν σοὶ ἢ δὴ δοκούν-  
των καὶ περρᾶσαι, ἀποβᾶς ἀπὸ ἦν γῶν περ ἵσταται αἰ-  
πιωθῆλαι, οὐτ' ἐκ τῆς ἡπίρου τῆς δε. οἱ τε ἡμῖν λῶ πώθη-  
σαν, ἔδωσαν δὴ κας, εἰ μὲν νῦν δοκέει, ἀπὸ καὶ περρῶμεθα  
τῆς Πελοποννήσου· εἰ δὲ καὶ δοκέει ὅτι ῥαῖν, παρέχει ποιέειν  
ἔστω. μηδὲ δεξθῆμεν. οὐ γὰρ ἐστὶ Ἑλλῆσι οὐδέμῃ ἐκδύσας  
μὴ οὐδὲντας λόγον ἦν ἐπίοισαν νῦν τε καὶ πᾶσι τοῖσιν, ἔσ-  
σας δούλους, μάλιτα μὲν νῦν ἔστω πα πῆρε. εἰ δ' ἄρα πι-

βεβούλῳται αὐτῶν ἀπελάοντα ἀπᾶσαι πῶν στραπῶ,  
ἀλλῶ ἔχω καὶ ἐκ ἦν δὲ θουλλῶ. οὐ Πέρσαι, βασιλῆῦ, μὴ  
ποιήσης κατα γηλάσας χηρέσας Ἑλλῆσι· οὐδὲν γὰρ ἐν Πέρ-  
σαι τῶσι δεδῆλυται ἦν κρημάτων, οὐδ' ἐρεῖς οὐκοῦ ἐ-  
χρῶμεθα ἀνδρες κακοί, εἰ δὲ Φοίνικες τε καὶ Αἰγύπιοι,  
καὶ Κύπριοι τε καὶ Κίλικες κακοί· ἐχρῶντο, οὐδὲν πᾶς  
Πέρσαι τῶτο πᾶσι καὶ τῶ πατῆρος ἢ δὴ ἂν ἐπίοισαν οὐ Πέρσαι  
τοῖ ἀπὸ εἰσ, ἐμοὶ πῆθεο. εἴποὶ δεδοκται μὴ πᾶσι ἰσθίων,  
οὐ μὲν ἐς ἦθεα πᾶσι σῶν τῶ ἀπᾶσαι, τῆς στραπῆς ἀπᾶσαι  
τὸ πᾶλλον. ἐμὲ δὲ σοὶ χεῖρ ἢ Ἑλλάδα πᾶσι ῥαῖν δεδουλω-  
θῆναι, τειρήκοντα μωραῖδας τῶ στραπῶ ἀπολεξᾶ ἔμρον.

## E ADEM LATINE,

Henr. Stephano interprete.

**N**E animum tuū, domine, inæstitia incessat: neve, quod accidit, pro magna cala-  
mitate habeas. Illud enim certamen in quo summa rerum vertitur, non in lignis,  
sed in viris equisque situm est. Atqui nec vllus horum qui sibi iam omnia confe-  
cisse videntur, è naui egressus opponere se tibi conabitur, neque ex hac continente quis-  
quā. nam qui se opposuerunt, pœnas dederunt. Quare, si tibi ita videtur, Peloponne-  
sum bello tentemus: sin bello potius supersedendum esse censēs, id in tua potestate est.  
Verum animo ne angaris. nullum enim Græcis patet effugium, sed ut eorum quæ &  
nunc & antea perpetrarunt, rationem reddant, ac serui tui fiant, omnino necesse est.  
Hanc igitur potius quàm aliam vllam rationē inito. Si tamen abscedere & exercitiū  
tecum abducere statuisti, aliud habeo quo te hac etiā in parte iuuare possim, consiliū.  
Ne committas, rex, ut Persas Græcis ridendos propines. Nullum enim rebus damnū  
attulerunt Persæ: neque nos ignavia vsquam arguere potes. Quòd si Phœnices & AE-  
gyptii & Cyprii & Cilices ignauè se gesserunt, nulla in Persis mali huius culpa hæret.

Quod quum ita sit, meo pare consilio: & si permanere nō statuisti, in patrias sedes cum maxima tuarum copiarum parte reuertere: me autem oportet delectis ē toto exercitu trecentis millibus, tibi Græciam in seruitutem redactam exhibere.

ARTEMISIAE ORATIO.

ARGUMENTVM.

Consulta à Xerxe Artemisia de Mardonii instituto, respōdet, videri sibi ad regis rationes accommodatissimum, vt ipse quamprimum se in Asiam recipiat: Mardonium verò cum iis quas petat copias, in Græcia relinquat. Rege demum incolumi posse impunè Græciam à Mardonio tentari.

Βασίλει, χαλεπὸν μὲν ὅτι συμβεβηκυῖα τυχὴν ἔα ἀ-  
εἰπα εἴπωσαν ὅτι μὲν περὶ κατὰ τοὺς νόμους, δοκεῖ  
μοι αὐτῶν μὲν σὲ ἀπελευθερῆσαι Μαρδόνιον δὲ, εἰ ἐθέ-  
λει τε καὶ ὑποδέκται αὐτὴν ποιῆσαι, αὐτῶν καταλιπεῖν  
σὺ πῶς ἐθέλει. πῶς μὲν γὰρ, ἢ κατασφραγίσται τὰ φησι  
ἐθέλειν, καὶ οἱ ἀποχωρήσει τὰ νεῶν λέγει, σὺν τῷ ἔργῳ ὡ  
δέσποτα γίνεται (οἱ γὰρ σὺ δούλοι κατεργάσαντο) πῶς ὅ, ἢ  
ἔτι ὅταν πᾶσι τῆς Μαρδονίᾳ γλώμης γῆν, οὐδέ μιν συμφο-

ρῆ μεγάλη ἔσαι, σὺ τε ἀπελευθερῆσαι, καὶ ἐκείνων ἢ πρὸς  
μαχίμων ἀπὸ τοῦ σὸν. ἢ γὰρ σὺ τε περὶ τῆς, καὶ οἴκας ὁ  
σὺς, πολλοὺς πολλὰς ἀρῶνας δραμεύονται ἀπὸ σφραγῶν αὐ-  
τῶν οἱ Ἕλληες. Μαρδονίᾳ δὲ, ἢ πᾶσι λόγους οὐδεὶς γὰρ  
νεταί, ἢ δὲ πὶ νικῶντες οἱ Ἕλληες νικῶσι, δοῦλον σὺν ἀπο-  
λέσαντες, σὺ δὲ, ἢ εἴνεκα τὸν σὸλον ἐποίησας, πρῶτος τῶν  
Ἀθῆνας ἀπέλας.

E ADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Arduum, rex, me dicentem tibi optima, prosperum consilium dare: tamen è statu rerum præsentium mihi videtur esse faciendum vt tu ipse domum remeas: Mardonium verò hîc relinquas cum iis quos vult, si modò velit ille atque recipiat se ista facturum. Nā siue ea quæ ait se velle, subegerit, & hæc ei ex animi sententia succedat, res hæc à te, domine, gesta fuerit, quia id tui serui effecerint: siue Mardonio cōtra opinionē suam contingat, nō magna sanè calamitas erit, saluo & te & rerū domesticarum statu. Etenim si incolumis es & domus tua, profectò Græci sæpenumero pro seipsis multa certamina cursitabunt: at siquid contingat Mardonio cladis, id nullius erit momenti: Græciq; vincendo non vicerint, seruo tuo interempto. Tu verò Athenis incensus (cuius rei gratia expeditionem sumpsisisti) reuerteris.

ALEXANDRI ORATIO.

ARGUMENTVM.

Mardonius, vt quod regi receperat, effectum redderet, ratus, si sibi Athenienses adiunxisset, facile reliqua Græcia esse potiturum, eos liberalitate & præmiis primam sollicitare voluit: misitque Alexandrum Macedonem Amyntæ filium Athenas, qui blanda oratione apud eos vsus, ad societatem regis pellicere, contraque à belli defensione eos deterere est conatus.

Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Μαρδόνιος τὰ δὲ λέγει, Ἐμοὶ ἀγγε-  
λίη ἦκε ἀπὸ βασιλῆος, λέγουσα ὅτι Ἀθηναῖοι σὺν  
ἀμφοτέρωδε παρὲς ἐκείνων ἐς ἐμὲ ἠρωσθῆσαι πᾶσι μετῆ  
μιν ἢ τὴν δὲ Μαρδόνιον ποιεῖ. πῶς μὲν, τίς γὰρ σὺν ἀπο-  
δοξ, τῶν δὲ, ἀλλῶ παρὲς αὐτῆν ἐλέδων αὐτοὶ ἢ πᾶσι  
ἐθέλωσι, ἐόντες αὐτόνομοι. ἰστέ τὴν πᾶσι σφί, ἢ δὴ βου-  
λωνταί γε ἐμοὶ ὁμολογεῖν, αἰσθήσονται, ὅσα ἐγὼ ἐπέθερα  
σχ. πρῶτον ὅ ἀπρηκένων, ἀνακείρας ἔχθ μοι ποιεῖν αὐ-  
τα, ἢ μὴ τὸ ὑμῶν αἴτιον ἦν ἡται. λέγει ὅ ὑμῶν τὰ δὲ.  
Νῦν πὶ μὲν ἔσθε πόλεμον βασιλεῖ ἀπαιρούμενοι ἢ οὐτε γὰρ  
αὐτῶν βασιλεῖς, οὐτε οἱοί τε ἐστὶ ἀπὸ τῶν πᾶσι χροῖνον.  
εἶδε τε μὲν γὰρ τῆς Ἐρέξω στρατηγίας τὸ πᾶσι, καὶ τὰ  
ἔργα πρῶτον ἔσθε δὲ καὶ τίς νῦν παροῦσάν μοι διώα-  
μιν, ὡς καὶ ἢ ἡμῶν ἔσθε βασιλεῖ καὶ νικῶσθε, (τῶν  
ὑμῶν οὐδέ μιν ἐλπίς, ὅτι ἢ φρονεοῖτε ἄλλη παρὲς πολ-  
λα πᾶσι, ἢ βουλήσθε, παρὲς οὐ μὲν βασιλεῖ, ἐρε-  
δξ μὲν ἢς χωρῆς, ἔσθιν ὅ αἰεὶ ἀπὸ ὑμῶν ἐωυτῶν, ἀλλὰ  
κατακείσονται. παρὲς δὲ ὑμῶν κάλλιπα καταλύσα-

σαι. βασιλῆος αὐτῆν ἠρωσθῆσαι, ἐστὶ ἐλθὺν θεοὶ, ἢ μιν ὁ-  
μαχίμων σὺν θεοῖς αἰεὶ τε δόλου καὶ ἀπάτης. Μαρ-  
δόνιος μὲν αὐτῶν, ὡ Ἀθηναῖοι ἐνεπίστατό μοι εἴπω  
παρὲς ὑμῶν. ἐγὼ δὲ ἀπὸ μὲν ἀνοίης τῆς παρὲς ὑμῶν  
εὐσῆς δὲ ἐμῶν, οὐδὲν λέξω. ἢ γὰρ αὐτῶν πᾶσι ὁμο-  
λοῖτε. παρὲς ἢ ἢ δὲ ὑμῶν, πῶς δὲ Μαρδόνιον, ὁποῦ  
γὰρ ὑμῶν ἐκ οἰοῖσθε ἐσομῶσι τὸν πᾶσι χροῖνον πολεμῶν  
Ἐρέξω, εἰ γὰρ ἐν ὧν τῶν ὅν ὑμῶν, ἐκ αὐτῶν ἐς ὑμῶν  
ἦλλον, ἔχων λόγους τοιαύτας, καὶ γὰρ διώαμιν ἔσθε  
πᾶσι ἢ βασιλῆος ὅτι, καὶ χεῖρ ὑμῶν μῆκος, ἢ τῶν μὴ αὐτῶν  
ὁμολοῖσθε, μεγάλα παρὲς οἰοῖσθε ὁμολοῖσθε  
ἐθέλωσι, δεμῶν ὑμῶν, ἐν πᾶσι τε μαλιστα οἰκ-  
μῶν ἢ συμμάχων πᾶσι, αἰεὶ τε φθαρῶν καὶ μῶν  
ἔσθιν πὶ μεταξὺ μῶν τίς γὰρ ἐκ τῶν ὅν, ἀλλὰ πᾶσι  
δε, πολλοὺς γὰρ ὑμῶν ἔσθιν αὐτῶν, εἰ βασιλῆος γε ὁ μῶν  
μοῦοις ὑμῶν Ἕλληων τὰς ἀμφοτέρωδε ἀπείεις, ἐθέλει ἢ  
λας γῆσθαι.



E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

**V**iri Athenienses, Mardonius hæc inquit, Nuntius mihi ab rege venit in hæc verba: Atheniensibus iniurias quas mihi intulerunt omnes remitto. Nunc autem Mardoni ita facito. Suam eis regionem reddito: præterea aliam pro suo arbitratu eligant, suâque libertate potiantur. Quinetiam eorum templa, si mecum fœdus inire volent, omnia quæ ego incendi, restituito. Hic nuntius quû mihi allatus sit, necesse habeo ista exequi, nisi per vos steterit. Ego verò hæc vobis duco dicēda: Quid insanitis, bellum regi inferētes, cui nec vnquam præstare, nec semper obstare poteritis: Nostis enim Xerxis & copias & facta: auditis quoque nunc de exercitu qui mecum est, quem si superaueritis atq; viceritis, (quod nequaquam speretis, si sapiatis) alius multo maior exercitus sit adfuturus. Nolite igitur, æquiparando vos regi, priuari solo vestro, semperque de vita vestra periclitari: imò potius his molestiis vos explicare, quû adsit vobis pulcherrima explicandi facultas, quòd ab rege prouocati vt societatem belli nobiscum ineatis citra dolum & fraudē, liberati eritis. Hæc me iussit, Atheniēses, apud vos Mardonius dicere: ego verò de mea in vos beneuolentia nihil commemorabo. Neque enim nūc primū eam cognouistis. Obsecro autem vt Mardonio morem geratis, quos animaduertem esse, nequaquam huc cum his mandatis venissem. Quippe regis vires supra humanas sunt, & manus prælonga. Quòd nisi properè assentiamini magna pollicentibus, quippe ex æquo fœdus facere volentibus, timeo vestram vicem, qui ex omnibus sociis & maximè in via habitatis, & soli semper præcipuam cladem accipitis, possidentes terram inter diuersas acies positam. Itaque inducite hoc in animum, quod magnopere est è vestra dignitate, quum rex magnus vobis Græcorum solis iniurias remittens, cupiat effici amicus.

L E G A T I L A C E D A E M O N I I O R A T I O.

A R G V M E N T V M.

Lacedæmonii, quum Mardonii consilium & Alexandri legationem cognoscerent, quòd intelligebant, si Athenienses se in regis societatem dedissent, libertatem Græciæ pessum ire, legatos Athenas miserunt, qui rem illam vehementer apud Athenienses egerunt: eosque sunt hortati, vt quos se in communi libertate tuenda olim præstitissent, præstare ne desinerent.

Ἡμέας δὲ ἐπέμψαν Λακεδαιμόνιοι δεησαμένους ὑμῶν, μήτε νεώτερον ποιείν μηδὲν ἤτι πάλαι Ἑλλάδα, μήτε λόγους ἐνδέκεσθαι τοῦ βαρβαρίου. οὐτε γὰρ θεήκαμον οὐδ' ἀμφοῖς, οὐτε κόσμοι φέρον, οὐτε γὰρ ἄλλοισι Ἑλλήνων ἔδαμοισι, ὑμῶν δὲ θεήκαμον πάντων ἦν ἡμεῖς, πολλῶν εἴνεκα. ἐχίματε γὰρ πᾶσι τὸν πόλεμον ὑμεῖς, οὐδὲν ἡμέων βουλομένων· καὶ πάλαι τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐχίματε ἡμῶν δὲ φέρεται ἐς πᾶσαν πάλαι Ἑλλάδα. ἀλλῶς τε, τούτων ἀπάντων ἀπίστευτον ἔδειξεν δουλοσύνης τοῖσι Ἑλλήσι· Ἀθηναίοις, οὐδ' ἀμφοῖς ἀναχρῆτὸν οἴσιντες αἰεὶ ἤτι πάλαι φαίνομεθα πολλοὶ ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπων περὶ δουλοσύνης ἡμῶν.

ποι ὑμῖν σωμαχθόμεθα, καὶ ὅτι καρπῶν ἐστέρηθε διζῶν ἡδὴ, καὶ ὅτι οἰκοφθόρηθε χρόνον ἤδη πολλόν. ἀπὸ τούτων δὲ ὑμῖν Λακεδαιμόνιοι τε καὶ οἱ σύμμαχοι ἐπαγγέλλοντα ζωαίμας τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἀχρηστὰ οἰκίτων ἐχόμενα πάντα ὅπι δρέψαν ἔστ' αἰὶ ὁ πόλεμος ὁδε σωεσθήκη. μήτ' ὑμέας. Ἀλλ' ἐξ ἀνδρός ὁ Μακεδῶν ἀναγνώσθη, λέγεται ἔ Μαρδονίῳ λόγον. τούτων μὲν γὰρ τῶν πειρητῶν ὅτι (τὸ εἶναι γὰρ ἐὼν τυραννίῳ σὺν ἀπεργάζεται) ὑμῖν δὲ οὐ πειρητῶν, εἰσὶν δὲ τυραννῶν φρονέοντες, ὅτι τὰ μέρη οἱσὶ ὡς βαρβαροῖσι ὅτι οὐτε πρῶτον οὐτε ἀληθῆς οὐδέν.

E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

**N**OS verò misere Lacedæmonii oratum vos nequid noui in Græciam agatis, neque verba quæ afferuntur à barbaro admittatis: quòd id neque iustum sit vlllo modo, neque decorum cum aliis Græcis, tum præcipuè vobis: idque multis de causis. Vos enim hoc bellum excitastis etiam nobis inuitis, & propter imperiū vestrum est decertatum, quod certamè nunc in vniversam Græciam emanauit: cuius totius vos præcipui autores fuistis, & Græcis causa seruitutis: res nullo pacto toleranda. quum præsertim constet Atheniēses semper & iam inde à priscis temporibus vindicasse pericul-

tos homines in libertatem . Et tristem quidem conditionem vestram dolemus , quòd iam bis proventu frugum fraudati estis , & iam domibus quæ diruta sunt caretis. Quo nomine Lacedæmonii vobis ac cæteri socii spondent se vxores vestras & omnia ad bellum inutilia , proximè domesticos suos , quoad bellum hoc steterit , alituros . Neq; verò vos Alexander Macedo seducat , commédans Mardonii orationem . Facit enim quod sibi faciendum est : quippe qui tyrannus tyranno operam præstat . Sed non idem vestra facere interest , si rectè sapitis , qui scitis nihil barbaris esse neque fidum neque verum .

ATHENIENSIVM ORATIO .

ARGVMENTVM .

[Athenienses , accepta vtraque legatione , respondent primùm Alexãdro , nec se minus nec præmiis adduci posse vt societatem cum Persa coeant .

Κ ΑΙ αὐτοὶ τὸ τό γε ὄψιν ἔμελλε , ὅτι πολλὰ πηλοῖσι βῆσι τῶν Μιδῶν δυνάμεις ἢ τῶν ἡμῶν . ὥστε οὐδὲν δεῖν τοῦτο γε οὐκ εἰδέναι ἀλλ' ὅμως ἐλθόντων σκεπθόμενοι , ἀμυνόμεθα οὕτω ὡς αὐτὴ καὶ δυνάμεις . ὁμολογήσαντες δὲ τῶν βαρβαρῶν μήτε σὺ ἡμέας περὶ αἰσπείθειν , οὐτε ἡμέας πεισόμεθα . νῦν πὲρ ἀπὸ γέλλε Μαρδονίῳ ὡς Ἀθῆναιῶσι λέγουσι , ἐστ' αἰὶ οὐκ ἔστιν αὐτῶν οὐδὲν ἢ τῆσφιν ἑνὶ ἡμεῶν ἔρχεται , μὴ κατὰ ὁμολογήσειν ἡμέας ἔρξῃ· ἀλλὰ θεοῖσι

περὶ συμμάχουσι πίστωσιν ἐπιξίμω ἀμυνόμενοι . Ἐπίστω ἡρώσῃ , τῆσφιν ἐκείνος οὐδεμίαν ὄπιν ἔχων ; ἐνέσπρωσσε τοῖς περὶ οἴκοις ἢ τὰ ἀγάλματα . σὺ τὸ λοιπὸν λόγους ἔχων τοῖς δὲ , μὴ ὀφθαίμεσθε Ἀθῆναιῶσι· μηδὲ δοκέειν χρηστὰ ὑπουργίειν , ἀτέμιστα ἔρδειν παραίνεσθαι οὐδὲν ἄλλοι ὡς Ἀθῆναιῶν παθεῖν , εἶντα ὡς ἐξενόντες καὶ φίλον .

E ADEM LATINE,

Laur.Valla interprete.

ET ipsi cognitum habemus hoc , vires Medorum etiam atque etiam maiores esse quam nostras , vt id nihil intersit exprobrare nobis : atamen in tutanda libertate catenus resistemus quatenus valebimus . Vt autem societatem cum barbaro contrahamus , neque tu persuadere tentes , neque nos , si tu tentaueris , persuadebimur . Tu verò renuntia Mardonio , Athenienses dicere , quoad sol eodem itinere meabit quo nunc meat , eousque se nunquam cum Xerxe societatem inituros , sed se protegendo propulsaturos eum , fretos ope deorum atque heroum , quorum ille , nihil pensi habens , & templa & simulachra incendit . Tu quoque posthac cum istiusmodi oratione ne committas vt Athenis videaris , neve per speciem emolumentorum infanda nos facere suadeas . Nolumus enim te ingratum quippiam ab Atheniensibus pati , quibus & hospes & amicus es .

EORVNDEM ORATIO .

ARGVMENTVM .

Respondent iidem postea Lacedæmoniis : suum in repudianda Persarum societate & defendenda communi libertate animum confirmant semper eudem fore . Deinde quæ ad rationem belli eius gerendi pertinent , exponunt : usque ad suos mandata dant .

Τ Ὁ μὲν δὲ ἴσται Λακεδαιμονίους μὴ ὁμολογήσαντων τῶν βαρβάρων , κέρτα ἀνδρωπῆϊον λέω . ἀπὸ τῆσφιν ὡς οὐκ ἔστιν ἀμυνόμενοι τὸ Ἀθῆναιῶν φρόνημα ἀπρὸς δῆσαι ὅτι οὐτε χερούσος ὅτι γῆς οὐδ' ἀμύμητος τοῦτοπος , οὐτε χερῶν καλλιῶν καὶ ἀρετῆς μέγα ἰσχυροῦσθα· Ἐὰ ἡμεῖς δὲ ξείνοι εἰσὶν ἡμῶν ἀν' ἀμυνόμενοι καὶ τὰ δουλεύοντα τῶν Ἑλλάδων . πολλὰ τε καὶ μετὰ ἅλα ὅσα τὰ ἀσκαλιόοντα τοῦτα μὴ πείσειν , μηδὲ τὰ ἐξελθόντων , ὡς οὐκ ἔστιν ἡμῶν καὶ μέγιστα , τῆσφιν θεῶν ἑὶ ἀγάλματα καὶ τὰ οἴκηματα ἐμπροσθημένα τε καὶ συγκεχωσμένα , οἷσιν ἡμεῖς ἀνακλήσας ἔχει πικρῶν ἐς τὰ μέγιστα μάκροισιν ἡμῶν ὁμολογῶντες τῶν τοῦτα ἐργασασμένων· αὐτοὶ δὲ τὸ Ἑλληνικὸν ὄμμα ἴδοντες καὶ ὁμολογῶσιν καὶ θεῶν ἰδρύματα τε κοινὰ καὶ θεῶν ἰσχυροῦσθα , ἢ θεῶν τὸ ὄμμα ἴδοντες , ὧν καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἡμῶν καὶ μέγιστα ἡμῶν ἰσχυροῦσθα . ὅσα τὰ ἀσκαλιόοντα τοῦτα μὴ πείσειν , μηδὲ τὰ ἐξελθόντων , ὡς οὐκ ἔστιν ἡμῶν καὶ μέγιστα , τῆσφιν θεῶν ἑὶ ἀγάλματα καὶ τὰ οἴκηματα ἐμπροσθημένα τε καὶ συγκεχωσμένα , οἷσιν ἡμεῖς ἀνακλήσας ἔχει πικρῶν ἐς τὰ μέγιστα μάκροισιν ἡμῶν ὁμολογῶντες τῶν τοῦτα ἐργασασμένων· αὐτοὶ δὲ τὸ Ἑλληνικὸν ὄμμα ἴδοντες καὶ ὁμολογῶσιν καὶ θεῶν ἰδρύματα τε κοινὰ καὶ θεῶν ἰσχυροῦσθα , ἢ θεῶν τὸ ὄμμα ἴδοντες , ὧν καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἡμῶν καὶ μέγιστα ἡμῶν ἰσχυροῦσθα .

οὐτῶν , εἰ μὴ ὡς ἑτέρον ἐπιχρῶντες ὄψιν ἔμελλε , ὅτι πολλὰ πηλοῖσι βῆσι τῶν Μιδῶν δυνάμεις ἢ τῶν ἡμῶν . ὥστε οὐδὲν δεῖν τοῦτο γε οὐκ εἰδέναι ἀλλ' ὅμως ἐλθόντων σκεπθόμενοι , ἀμυνόμεθα οὕτω ὡς αὐτὴ καὶ δυνάμεις . ὁμολογήσαντες δὲ τῶν βαρβαρῶν μήτε σὺ ἡμέας περὶ αἰσπείθειν , οὐτε ἡμέας πεισόμεθα . νῦν πὲρ ἀπὸ γέλλε Μαρδονίῳ ὡς Ἀθῆναιῶσι λέγουσι , ἐστ' αἰὶ οὐκ ἔστιν αὐτῶν οὐδὲν ἢ τῆσφιν ἑνὶ ἡμεῶν ἔρχεται , μὴ κατὰ ὁμολογήσειν ἡμέας ἔρξῃ· ἀλλὰ θεοῖσι περὶ συμμάχουσι πίστωσιν ἐπιξίμω ἀμυνόμενοι . Ἐπίστω ἡρώσῃ , τῆσφιν ἐκείνος οὐδεμίαν ὄπιν ἔχων ; ἐνέσπρωσσε τοῖς περὶ οἴκοις ἢ τὰ ἀγάλματα . σὺ τὸ λοιπὸν λόγους ἔχων τοῖς δὲ , μὴ ὀφθαίμεσθε Ἀθῆναιῶσι· μηδὲ δοκέειν χρηστὰ ὑπουργίειν , ἀτέμιστα ἔρδειν παραίνεσθαι οὐδὲν ἄλλοι ὡς Ἀθῆναιῶν παθεῖν , εἶντα ὡς ἐξενόντες καὶ φίλον .



## E ADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

**L**acedæmonios vereri ne fœdus ineamus cum barbaro, fanè humanum est. neque hoc verentes eos turpe est venisse, quibus mens Atheniensium inexplorata esset: quoniam neque tantum auri vsquam gentium est, neque regio vlla specie & bonitate præstans, quam nos accipientes, vt cum Medis sentiremus, ad tradendam seruituti Græciam induceremur. Quod ne faciamus, etsi velimus, multa & magna nos dehortantur: primum atque idem maximum, quòd deorum ædes effigiésque incensæ pariter & obrutæ sunt, quas nos in primis vltum ire necesse est, potius quam cum iis fœderari qui ista fecerunt: deinde, quum simus Græci eiusdem & sanguinis & linguæ, quorum & fana & sacrificia communia sunt, & mores affimiles, eorum proditores fieri Athenienses, non bene haberet. Ex quo, si antea nesciebatis, nunc ita accipiatis, dum vel vnus Atheniensium supererit, nūquam nos conuenturos esse cum Xerxe. Vestram autem erga nos prouidentiam, quòd cōsulatis nobis domo carentibus, ita vt domesticos nostros alere velitis, gratiam habemus: & licet beneficium vestrum cumulatam sit, nos tamen ita illud tolerabimus vt nihil vobis molestiæ afferamus. Quod quum ita sit, copias primo quoque tempore mittendas curate. Nam (vt nos coniectamus) non diu differet barbarus ingredi regionem nostram: sed simulatque acceperit nuntium, nos nihil eorum esse facturos quæ orauit, aderit, qui antequam adsit in Attica, tempus est nos in Bœotiam auxilio ire.

## Ex libro nono, qui Calliope inscribitur.

## LEGATI ATHENIENSIS ORATIO.

## ARGVMENTVM.

Tendebat in Atticam quadrato agmine Mardonius: iamque erat inuectus, quum nemo de fociis Atheniensibus suppetias ibat. Destituti Athenienses legationem miserunt Lacedæmonem, qua docuerūt se & sponte sua & hortatu sociorum fecisse vt Persicam societatem repudiarent. Indignum igitur videri quòd nunc à fociis deserantur.

**Ε** Περσῶν ἡμέας Ἀθηναῖοι, λέγοντες ὅτι ἡμῖν βασι-  
λαὸς ὁ Μήδων. ὧπο μὲν, πῶς χάρις ἀποδοῖ, ὧπο  
δὲ, συμμάχοις ἐθέλει ἐπισημῶς τε καὶ ὁμοίῳ ποιήσασθαι αὐτοῦ  
πρόλου καὶ ἀπάτης. ἐθέλει δὲ καὶ ἄλλω χάρις πρὸς  
τῆς ἡμετέρας διδοῦναι, πῶς αὐτοῦ ἐλάμδα. ἡμεῖς δὲ Δία  
τῆς ἑλληνῶν αἰδέσμενοι, καὶ πῶς Ἑλλάδα δεινὸν πινυ-  
μενοὶ πρὸς οὐνοῦ, οὐ κατὰ νῆστας, ἀλλὰ πάντα τε ἀπει-  
πάμεθα, καὶ ἄσπερον ἀδικούμενοι ἵσα ἑλληνῶν καὶ κατὰ  
πρὸς ἀδικούμενοι, ὅτι πινυμενοὶ τε ὅτι κέρδα λεωτέρων ὅτι ὁμολο-  
γῶν τῆς Πέρσης μάλλον, ἢ ἄσπερον πολέμειν. οὐ μὲν οὐδὲ ὁμο-  
λογῶν ἡμῶν ἐκόντες ἐστὶν καὶ πῶς ἡμέτερον οὐτὼ ἀνέσθη-  
λον εὐνὴν νήμεται ὅτι τῆς ἑλληνῶν ἡμεῖς δὲ, ἐς πᾶσαν ἀρ-

ρώδιον τότε ἀπὸ μὲν μὴ ὁμολογήσασθαι τῆς Πέρσης, ἐ-  
πισημῶς δὲ τε πῶς ἡμέτερον φρόνημα σαφέως, ὅτι ἔδα-  
μα πρὸς οὐνοῦ πῶς Ἑλλάδα, καὶ διότι πῶς ἡμῶν δὲ  
τῆς Ἰαθμοῦ ἐλαυνόμενον ἐπιπέδον ὅτι, καὶ δὴ λόγον οὐδένα τῆς  
Ἀθηναίων ποιεῖσθε σωθῆμενοι τε ἡμῶν τῆς Πέρσης αἰπώσε-  
σθαι ἐς τῆς Βοιωτίας, πρὸς οὐνοῦ πῶς ἡμεῖς δὲ τε ἐσβαλοῖσθε  
ἐς πῶς Ἀθηναίων τὸν βαρβαρον. ἐς μὲν γὰρ πῶς πᾶσαν Ἀθη-  
ναίων ὑμῶν μιλῶσι οὐ γὰρ ἐπιπέδον ὅτι πῶς ἡμεῖς δὲ τε  
τῆς σραπῶν αἶμα ἡμῶν ἐκέρδασαν ὑμεῖς οὐ πῶς πῶς,  
ὡς αὐτὸν βαρβαρον δεκόμεθα ἐν τῆς Ἀσικῆς. ἐπειδὴ γὰρ  
ἡμῶν τῆς Βοιωτίας, τῶς γὰρ ἡμετέρας ὅτι πῶς ὅτι πῶς  
ὅτι μαχόμεθα πῶς ὅτι πῶς πῶς.

## E ADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

**A**thenienses ad hæc nos referenda miserunt, regem Medorum cum nostram nobis regionem reddere velle, tum societatem nobiscum æquis conditionibus inire, citra fraudem & dolum, tum aliam regionem nostræ addere, quâ ipsi nostro arbitrio optauerimus: nos tamen pudore Græci numinis, & pro magno flagitio ducentes prodere Græciam, annuere nolle, sed recusare, quanuis iniuria affectos à Græcis ac proditos. Qui, etsi non ignoramus conducibilius esse nobis societatem inire cum Persa, quàm bellum gerere, tamen spòte nostra societatem non inibimus. Et hæc quidem nostra sunt quæ in Græcos præstamus officia. At vos, qui tunc in omnem meum deueneratis ne pacisceremur cum Persa, posteaquam compertam habetis istis sententiâ nostram nequaquam prodendi Græciam, & murum quem in Isthmo inceditis,

absoluistis, nullam habetis Atheniensium rationem: & quum conueneritis nobiscum de occurrendo Persæ ad Bœotiã, desertores extitistis, pro nihilo ducetes, barbarum Atticã esse ingressum. Itaque vobis Athenienses in præsens vsque succensent quod non estis officio functi: quod superest, vt primo quoque tempore nobiscum copias mittatis iu- bent: quod barbarum in Attica (quoniam in Bœotia defecimus) excipiamus nostra in terra, vbi campus Thriasius appositissimus erit ad dimicandum.

## TEGEATARVM ORATIO.

## ARGVMENTVM.

Lacedæmonii contractis sociorum copiis auxilio Atheniensibus erant profecti, in quibus erant Tegeatæ. Quum instruenda acies esset, in contentionem res est deducta, vtri cornu alterum in acie tenerent. Eius enim honoris competitores erant Tegeatæ & Athenienses. Acta res est apud socios ceteros. Priores dixerunt pro se Tegeatæ, & hanc orationem habuerunt, qua commemoratis dignitatis suæ elogiis, deberi sibi eum honorem contenderunt.

**Η** Μεις αει κότε αξιούμεθα τούτης τής σάσιος εκ τής συμμάχων απάντων, οσα ηδη εβροδι κοιναί εχθρόντο Πελοποννησίοι και το παλαιόν και το νέον εκ εκείνου τού χρόνου, επεί Ηρακλίδαι επειρώντο μετε τον Ευρυστάδες θάνατον και πότιες ες Πελοπόννησον, τότε δυρόμεθα τούτε, δεσφρηγμα τιδόνδε, επεί μετ' Αχαιών και Γώνων τού πότι εόντων εν Πελοποννήτω, εκβηθήσαστες ες τ' Ισθμόν ηρόμεθα απόι τού καιπούς, πότε ων λόγος Υλλον αγροβύσαδα, ως χρεών εη τον μεν στρατην πα στρατη μη αια κινδυνόβην συμβαλόντα εκ τού Πελοποννησίου στρατοπέδου τον αν σπεων αυτέων κρίνωσι εη) ερίσον, τού τον οι μουνομαγήσαι οπι δεσκειμδύοισι. εδδξέ τε τούσι Πελοποννησίοισι τού τε εη) ποιητέα, και εταμον ορκιον οπι λόγος τού δε λω μεν Υλλος νικήση τον Πελοποννησίων ηγεμόνα, και πέναι Ηρακλίδας οπι τα πατρώα. λω δε νικηθη, τα εμπαλιν Ηρακλίδας απαλλάσσειται, και απίρην τω στρατω, εκά τον τε ετέων μη ζητήσαι κάπαδον ες Πελοπόν-

νησον. ωσφενκρήτη τε δη εκ πάντων συμμάχων εθελοντες εχθμος ο Ηεροπου τού Φηγός, στρατηγός τε εών και βασιλος ημέτερος, εκ εμουνομάχισέ τε, εκ απέκτεινε Υλλον εκ τούτου τού εργου δυρόμεθα εν τούσι Πελοποννησίοισι τούσι πότε και άλλα χερα μεγάλα, πα δεσφελεοδμν εχροντες, και τού κέρεος τού ετέρου αει ηγεμονόβην, και ης δεσφου γηοιδύης, υμιν μεν νω ω Δακεδαμονίοι εν απιδύμεθα, αλλά διδόντες αρεση οκατέρου βούλεσθε κέρεος ερχην, παλειμν, τού δε ετέρου φαμν ημείας ηνέεσσαι ηγεμονόβην, και πασφ εν τού πεσφθεν χρόνω, χρεός τε τούτου τού απηγημδύος εργου, αξιονόπεροι ειμν Αθλωαίων, τού πτω τώ εχην εχην, πολλοι μεν παρ τε και δύ εχροντες πασφ υμείας ημιν αιδρες Σπαρτη ηται αγωνιας αγωνιδάται, πολλοι δε και πασφ άλλοις, ουτω ων ημείας διαμον εχην τού ετερον κέρας, ησφ Αθλωαίοις, ου παρ σπι τού εργα είασφ ημιν και περγασμδύα, ουτ' ων καινα, ουτε παλαια.

## E ADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

**H**OC nos semper digni honore à sociis omnibus habiti sumus, quotiescunque à Peloponnesibus communiter in externas peregrinationes itum est, & proximè, & quòdam, iam inde ex quo Heraclidæ post mortem Eurysthei sunt conati in Peloponnesum redire. Quo tempore hanc dignitatem assequuti sumus ob hanc rem gestam: Posteaquam cum Achæis, & Ionibus, qui tunc Peloponnesum incolebāt, nos auxiliarii in Isthmum profecti confedimus aduersus eos qui redire conabantur, tūc Hyllus orationem habuit, non expedire vt vterque exercitus confligendo periclitaretur: sed vt aliis acquiescentibus, secum singulari certamine dimicaret is quem Peloponneses iudicarent è suo exercitu præstantissimum. Accepta conditione, Peloponneses fœdus in hæc verba percusserunt, Si vinceret Hyllus Peloponnesium ducem, vt Heraclidæ in paterna reuerterentur: sin victus esset, retrò Heraclidæ cederent, & exercitum abducerent, nève per annos centum de, redeundo in Peloponnesum agitent. Ab omnibus sociis ad eam rem voluntarius electus est dux atq; idem rex noster Echemus Aëropi filius, Phegei nepos, qui singulari cōgressus certamine Hyllum interemit. Ex quo factò nos cum alia decora inter Peloponneses assequuti sumus, quæ adhuc obtinemus, tum hoc, vt alteri cornu præessemus quoties communiter itur in expeditionem. Et vobis quidem Lacedæmonii non aduersamur, sed optionem cedimus vtri cornu præesse malitis: alteri verò cornu vt præsimus nobis vendicamus, quemadmodum vsque fecimus ad hoc tempus. Etiam verò citra hoc factum quod narrauimus, Atheniensibus si unus digniores qui hanc dignitatem obtineamus: quippe qui prosperè & multa vobiscum viri Spartiatæ certamina decertauimus, & multa cum aliis. Quo fit



vt æquius sit nos alterum cornu tenere quàm Athenienses : à quibus non tales gesta res sunt quales nobis, neque recentes, neque vetustæ.

ATHENIENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Aduersus Tegeatas pro eodem honore dixerunt Athenienses, qui quum verècundè de pristina sua gloria & rebus gestis commemorassent, multisque nominibus sibi eum locum vendicassent, tamen ad æquas condiciones descenderunt, vellèque se de suo iure remittere, professi sunt.

Ἐπιστάμεθα ἡμῶν σπουδῶν πλὴν μάλιστα εἴνεκα συμμεχόμεθα πρὸς τὸ βαρβαρικόν, ἀλλ' οὐ λόγων ἐπεὶ δὲ οἱ Τεγεαῖται πρὸς ἡμᾶς παλαιὰ καὶ καινὰ λέγουσιν, ἃ ἕκα πέποιθον ἐν πάμπαν πρὸν καὶ πέρρασαι χεῖρας, ἀνὰ χεῖρας ἡμῶν ἐξ ἡμετέρας πρὸς ὑμᾶς ὅθεν ἡμῶν πατρῴων ὄντι, εὐδαίμων ἡμεῖς αἰεὶ πρὸς τὴν εἰρήμειαν ἢ Ἀρκάσι. Ηρακλείδης, ἦν φασί ἐπιδοκτεῖναι τὸν ἠγεμόνα ἐν Ἰσθμῶ, ὅπου ἡμῶν ἑσπερον ἔξελαυνομένοις ἑσπερον ἦν Ἑλλήων ἐς τοὺς Ἀρκάσι, φθύροντες δουλοσυλίω πρὸς Μυκηνάων, μόνον ἑσπερον ἐξείματον, πλὴν Εὐρυθέος ὑβρίν κατεῖλον ἡμῶν κείνοι, μάχι νικῶντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον ὅπου δὲ Ἀργείοις τοὺς μετὰ Πολυδέκῃσι ὅτι ὀνόματι ἐλάσανται, πειλοπίσανται πᾶσι αἰῶνα, καὶ ἀπὸ τοῦ κεινόντος, ἔρατοστάμῃσι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τοὺς νεκροὺς φάσιν, καὶ τὰ μάλιστα ἡμετέρας ἐν Ἑλλάδι. ἔστι δὲ ἡμῶν ἔργον ὅ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας, τοὺς ἀπὸ Θερμοδόντος ποταμοῦ ἐσβαλοῦσας κο-

τὴ ἐς γλῶττιν Ἀθηναίων, καὶ ἐν τοῖσι Τροαίκοισι πόνοισι οὐδαμῶν ἐλειπόμεθα, ἀλλ' οὐ γὰρ πρὸς ἑσπερον ἐπιμεμῆσθα. ἔστι γὰρ χεῖροι τότε εἰόντες, ὡς πᾶσι ναὶ αἰεὶ ἐν φλαυρότεροι καὶ τότε εἰόντες φλαυροί, ναὶ αἰεὶ ἐν ἀμείνοτες. παλαιῶν ἡμῶν ἔργον αἰεὶ ἔστω, ἡμῶν δὲ, ἐπὶ μηδὲν ἄλλο ὄντι ἀποδεδειγμένον (ὡς πᾶσι ὄντι πελάγε τε δὲ δὴ ἔχοντα, εἰ ποῖσι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήων) ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἀξιοὶ εἶμεν ὅπου πᾶσι γέρας ἔχον, ἔστω πρὸς τούτοις ἰσθμῶν Ἑλλήων δὴ μοῦνον χεῖρας τὰ Πέρσι, ἔστω ἔργον τούτων ὅτι χεῖρας τας, πρὸς ἡμῶν ἔστω, καὶ ἐν κεινόντος ἔστω ἐξ τε καὶ ποτε ἔχοντα. ἀρ οὐ δὴ καὶ εἰμὲν ἔχοντα τῶν πλὴν ἑσπερον ἀπὸ τούτων μόνον τῶν ἔργων, ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῶν πλὴν ἑσπερον εἴνεκα παλαιῶν ἡμῶν ἐπὶ ἡμῶν εἰμὲν ἐπὶ τῶν πλὴν ἡμῶν, ὡς Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκῆ ὅτι πρὸς ἀπὸ τῶν ἡμετέρας ἔστω, ἔστω, καὶ κατ' οὐσίνας. πάντη γὰρ πελαγομένοι, πειροσόμεθα ἔστω χεῖροι. ἐξήγεσθε δὲ ὡς πιστομένων.

E ADEM LATINE,

Laur.Valla interprete.

Et si scimus has copias pugnandi cum barbaro non altercandi gratia esse contrarias, tamen quoniam Tegeata referre constituit præclara facinora tum vetusta tum noua, quæ per omne tempus vtrique fecerunt, necesse habemus & nos exponere apud vos, vnde nobis patrium sit, bonam operam nauatibus, esse primos potius quàm Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem isti apud Isthmum se prædicant interfecisse, nos soli excepimus, eiectos prius ab omnibus Græcis, quos illi Mycenæorum feruitutem fugientes adibant: & Eurysthei iniuriam vnà cum eisdem pugnando propulsauimus, victoriâque potiti sumus de iis qui tum Peloponnesum tenebant. Præterea Argiuos, qui aduersus Thebas cum Polynice militauerant, vita defunctos & infepultos, ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos, & in nostra terra apud Eleusinè humatos fuisse dicimus. Iam verò nostrum præclarum facinus extat etiam in Amazonidas, quæ à flumine Thermodonte aliquândo in nostram terram excurrere. Ac ne in herouum quidem laboribus qui ad Troiam bellauerunt, fuimus in postremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionem. Qui enim tunc strenui fuere, fieri possit vt nunc sint ignaui: & qui tunc ignaui, fieri possit vt nunc sint fortiores. De rebus igitur olim gestis hæc dixisse sit satis. Vt nullæ autem res aliæ nobis gestæ sint, (quæ multæ & præclarissimæ sunt, præut quorumcunque aliorum Græcorum) certè ob rem in Marathonè à nobis gestam digni sumus qui hoc decus & alia insuper obtineamus: qui soli Græcorum per nos cum Persâ dimicauimus, & rem tantam aggressi, victores euasimus, sex & quadraginta nationibus superatis. Quo solo nomine digni sumus vt hūc loci honorem consequamur. Verùm non decet in hac rerum conditione de loci dignitate contendere: vbi cunque & iuxta quoscūque vobis Lacedæmonii videbitur appositissimum nos stare, illuc euntes obtemperabimus. Vbi cunque enim loci nos collocati fuerimus, conabimur strenui existere. Itaque ducite nos, tanquam vobis parituros.

ALEXANDRI ORATIO.

ARGUMENTVM.

Oratio est Alexandri Macedonis, qui Persicarum erat partium, clandestino colloquio cum Græcis ducibus agentis. Nam quia eum illarum partium pernitebat, Græcos conuenit: se iis studere dixit: consilium Mardonii patefecit: quid ad rem bene gerendam factu opus esset ostendit.

Αἱ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὡς ἔδειξεν ὑμῖν τὰ ἔργα τὰ ἐπιμαρτυρήσασθαι, ἀπορήρητα παιδὸν ὡς μὴδὲνα λέγειν ὑμῶν ἄλλον ἢ Παντανίω μὴ με διαφείρητε. εἰ δὲ γὰρ αὐτὸν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλας ἐκινδύνω σὺν ἀπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. αὐτὸς τε γὰρ Ἑλλῶν γένος εἰμι, τῶν ἄρχων, καὶ αὐτὸς ἑλευθερίας δεδουλωμένος, ἔτι ἀνέλεοιμι ὄραν τῶν Ἑλλᾶδα. λέγει δὲ ὧν ὅτι Μαρδονίω τε καὶ τῇ στρατῇ τὰ σφάγια οὐ δύνανται καταθύμια γινέσθαι. (πάσαι γὰρ αὐτῶν ἐμάχεσθε) νῦν δὲ οἱ δέδοκται, τὰ ἴδη σφάγια εἶναι χεῖρην, ἀλλ' ἡμέρη δὲ διαφρασίσῃ συμβολῶν ποιέσθαι, καταρρώδηκε γὰρ μὴ

πλοῦντες σωμαχθῆτε, ὡς ἐγὼ εἰκάζω, ὡς τὰ ἐπιμαρτυρήσασθαι. ἡ δὲ δὲ δὲ ἀρα ὑποβάλλεται τῶν συμβολῶν Μαρδονίου, καὶ μὴ ποιῆται, λιπαρέετε ἴδροντες. ὀλίγον γὰρ σπινθηρῶν λείπεται σπῖα, ἡ δὲ ἡμῶν ὁ πόλεμος ὁ δὲ καταρῶν τελευτήσῃ, μνησθῆναι πᾶσα ἡμῶν ἐμὸν ἑλευθερίας πένθος Ἑλλῶν εἶνεκα τούτων τὸ ἔργον οὐ τῶν ἀλλοτρίων ἔργασμα ὑποσχεθῆναι, εἰ δὲ ἔστων ὑμῖν δηλώσῃ τὸ δῖον ἔργον τῶν Μαρδονίου, ἵνα μὴ διαπίπτωσιν ὑμῖν εἰς ἀφῆρας οἱ βαρβαροὶ μὴ ὡς δεκκοῦσιν ἡμᾶς. εἰ μὲν δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών.

E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

Viri Athenienses, hæc ego vobis verba pro deposito trado, necui efferatis nisi Pausania: ne ob id me perditum eatis. Quod haudquaquam dicerem nisi de vniuersa Græcia sollicitus essem: quippe qui vetusta origine Græcus sum, nec vellem videre Græciam ex libera factam seruam. Itaque vos certiores facio, Mardonium atque exercitum lirare non posse: alioqui olim iam conflicturum fuisse. Is nunc sacrificia valere sinere constituit, & vbi primum illuxerit, vobiscum configere: extimescens admodum (quantum ego coniicio) ne plures ad copias vestras accedant. Ad hæc vos parati estote. Quòd si differet Mardonius, nec committet certamen, vos perseuerate hîc manere: ad paucos enim dies eis suppeditat commeatus. Quòd si hoc bellum vobis ex sententia finietur, debet aliquis vestrum reminisci mei meæque liberationis, qui Græcorum causa rem adeo periculosam libenter tamen feci, vt ad vos consilium Mardonii deferrem: ne barbari ex improviso vos adorirentur. Ego autem sum Alexander Macedo.

C A D V C E A T O R I S P E R S A E O R A T I O.

ARGUMENTVM.

Mardonius, homo ferox & insolens, aciem ita instruxerat, vt suos Persas Lacedæmonii opponeret. Sed Lacedæmonii cum Atheniensibus erant pacti, vt Athenienses Persas sustinerent, & ex pacto suos instruxerant: ac transferente Persas Mardonio, idem ipsi faciebant, ne cum Persis configerent. Mardonius id indignè tulit, misitque qui in hæc verba illis probra ingereret, & ad certamen prouocaret.

Ὁ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε ἔτι ἄνδρες ἄριστοι, ὑποπῆ τῆδε ἀνθρώπων, ἐκπαγεομένων ὡς οὐτε φεύγετε ἐκ πολέμου, οὐτε τάξιν ἐκλείπετε, ἴδροντες τε ἢ ἀπολυτε τῶν ἰστανίων, ἢ αὐτοὶ ἀπολυθε. ἦ ἤ ἀρ' ἡμῶν δὲν ἀληθείας, ἄρ' ἢ γὰρ ἢ συμμιξῆσαι ἡμῶν, ἐς χεῖρῶν τε νόμων ἀπικέσθαι, καὶ δὴ φεύγοντας καὶ γὰρ οὐκ ἐκλείποντας ὑμῶν ἀπικέσθαι. ἐν Ἀθῆναισι δὲ τῶν ὑποπειραν παιδων, αὐτοὶ τε αὐτῶν δούλων ἦν ἡμετέρων ἑσπερίων. ταῦτα δὲ οὐδαμῶς ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργα. ἀλλὰ πλείστον δὲ ἔτι ὑμῖν ἐμύσθησιν, ὡς δεκκοῦσιν γὰρ κατακλίσει ὡς δὴ πῦρ ἡμῶν κήρυκα ὑποκαλυμμένοι, καὶ βουλομέ-

νοι μοῦνοι Πέρσῃ μάχεσθαι, ἀρ' ἔστιν ἔόντες ποιέειν ταῦτα, οὐδὲν τοιούτων λέγοντας ὑμῶν θυροῦν, ἀλλὰ πῶσόντας μάλλον. νῦν ὧν ἐπεὶ δὴ ἐκ ὑμῶν ἤρξατε τοῦτο τὸ λόγον, ἀλλ' ἡμεῖς ἀρχομεν, τί δὴ οὐ ὡς ἡμῶν ἦν Ἑλλῶν ὑμῶν, ἐπεὶ τε δεδωκεσθε ἔτι ἄριστοι, ὡς ἢ ἢ βαρβαρῶν ἡμῶν, ἴσοι ὡς ἴσοι ἀπικέσθαι ἡμῶν, καὶ ἡμῶν δούλων, καὶ τῶν ἄλλοις μάχεσθαι, οἷον ὧν μετέπειτα μάχεσθαι ὑποπῆ, εἰ δὲ καὶ μὴ δούλοι, ἀλλ' ἡμῶν μοῦνοι, ἀποχέσθαι, ἡμῶν δὲ διαμαρτυροῦσθαι, ὁκοῦσθαι δὲ αὐτῶν ἡμῶν νικησθαι, ταῦτα τῶν ἀπικέσθαι ὑποπῆ νικᾶν.

E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

Lacedæmonii, vos verò fama fert omnium qui istic sunt esse præstantissimos, qui neque bello fugiatis, neque ordines deferatis, sed perstantes aut interficiatis hostes, aut ipsi occumbatis. Horum nihil admodum veri est. quippe antequam manus



manus conferantur, vos cernimus fugiētes, aciēmque deferentes, & relegato Atheniē-  
fibus periculo, consistentes ex aduerso nostrorum seruorum : quod neuiquam est fa-  
ctum præstantium virorum. Ex quo plurimum de vobis nos fefellit opinio ; quos ex-  
pectabamus, pro celebritate vestra, missuros vestra sponte caduceatorem nos prouoca-  
tum, quòd cum solis Persis, tanquam huic rei sufficientes, pugnare velletis. At nihil tale  
vos dicere comperimus, sed potius esse vos metu perterritos. Nunc igitur quoniam ipsi  
non occupastis hoc dicere, occupamus: vt quandoquidem vos inter Græcos præstan-  
tissimi esse existimamini, & nos inter barbaros, dimicemus totidem vtrique numero,  
& si videatur, vt cæteri quoque itidem, & illi postmodum pugnent: sin hoc non videat-  
ur, sed satis esse nos solos decernere, nos soli decernamus, & vtri è nobis vicerint, ii to-  
tum exercitum vicisse censeantur.

## MARDONII ORATIO.

## ARGUMENTVM.

Græci, quum non procul à Persis castra essent metati, aquatione autem prohiberen-  
tur, inito consilio castra mouerunt. Mardonius, qua erat cōfidentia, fugisse eos arbitra-  
tus est, cœpitque nominatim Lacedæmoniiis apud Aleuadas fratres insultare, quòd qui  
præcipuum fortitudinis nomen obtinerent, tamen sibi cederent. Itaque eorum perse-  
quendorum consilium capit.

Ὁ Παῖδες Ἀλθωῶν, ἐπὶ τί λέξετε τοὺς δὲ ὀρέοντες ἐρήμιας ἡμῶν τῶν οἱ πλησιόχωροι λέγετε Λακεδαιμονίους οὐ φάσιν ἐκ μάχης, ἀλλὰ ἀνδραῖς ἔσσι τοὺς πολέμιας ποσὸς τοῖς ὑπὸ πτεροῖν τε μετὰ μύθους ἐκ τῆς τοῦ ἔξω εἶδετε, νῦν π' ὑποπτεροῖν παροισχυρῶν νύκτα καὶ οἱ πάντες ὀρέοντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀφ' ἑαυτῶν ἀνδρῶν μάχη διεκρίθηναι, ὅτι οὐδένας ἄρα ἔόντες, ὃν οὐδαμῶς ἐοῦσι Ἕλλησι ἐναπεδενύνατο, ἢ ὑμῶν μὲν εἶναι Περσῶν ἀπειροὶ πολλὴ ἕκ γε ἐμεῦ ἐγί-  
νετο συγγνώμη, ἐπαγεόντων τοῦ ποιοῦσι τοῖσι π' καὶ σιωπῆ δέαι-  
ται. Ἀρταβάζου δὲ θάυμα καὶ μᾶλλον ἐποιδύμην, τὸ καὶ  
καταρρωδῆσαι Λακεδαιμονίους καταρρωδῆσαν τὰ τε εἶπο  
δέξασθαι γῶμην δειλοτάτην, ὡς χρεῶν εἴη αἰαζέσθαι  
τας τὸ στρατὸν πεδόν, ἵεσθαι ἐς τὸ Θηβαίων ἀστὸν περιοριστο-  
μῶν, πλεῖν ἐπὶ ποσὸς ἐμεῦ βασιλῆος πεύσεται, καὶ τοῦτων  
μὲν ἐτέρωθεν ἔσται λόγος· νῦν δὲ ἐκείνοις τοῦτα πειθίσαι ἵνα  
ὄπισθεν πείσῃ, ἀλλὰ δὲ δικαίως εἰσὶ ἐς ὃ καὶ παλαιὰ φθάν-  
τες, δῶσσι ἡμῶν τ' δὴ ἐποίησαντο Πέρσας πάντων δίκαια.

## E ADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Illi Aleuæ, quidnam dicetis adhuc, quum hæc deserta cernatis à Lacedæmoniiis,  
quos negabatis vos finitimi ex acie fugere, sed viros summos esse in re bellica? qui  
& prius (vt omnes vidimus) locū in acie immutauerunt, & nunc proxima nocte  
se fuga proripuerunt. Ac postquam illis necesse fuit cum iis prælio decernere qui non  
falso sunt hominū præstantissimi, declararunt se, quum nullius pretii essent inter Græ-  
cos nullius pretii viros seipfos ostētare solitos fuisse. Cæterum vobis Persarū inexpertis,  
sane quàm ignoscebam, laudantibus istos vobis expertos: Artabazum autem vehemē-  
tius admirabar formidare Lacedæmonios, & præ formidine sententiam dicere ignauis-  
simam, expedire ex his castris nos in urbem Thebanorum concedere obsidendos,  
quam ipse quoque rex ex me audiet. Sed de hoc aliās dicitur. Nunc autem istis ita fa-  
cientibus non est remittendum, sed instandum, donec intercepti nobis dent pœnas eo-  
rum quæ in Persas perpetrarunt.

## EQVITIS SPARTANI ORATIO.

## ARGUMENTVM.

Quum esset à Græcis constitutum, vt castra mouerentur, aliquot è sociis per conser-  
nationem aliorum erant profecti atque inter eos constitisset. Deserti igitur ab aliis A-  
thenienses & Lacedæmonii, in proposito persistabant. Ibi Persæ Lacedæmonios repen-  
tinò sunt adorti. Pausanias Lacedæmonius misit qui Atheniensium auxilia aduocaret.  
Qui erat missus ita mandata expofuit.

Ἄνδρες Ἀθηνῶν, ἀγῶνος μεγίστου ποσειδημόνους, ἐλθὲ  
ἴδμεν ἔσσι ἢ δεδουλωρῶν ἢ Ἑλλάδα, ποσὸς δὲ με-  
ταίετο συγγνώμη, ἐπαγεόντων τοῦ ποιοῦσι τοῖσι π' καὶ σιωπῆ δέαι-  
ται. Ἀρταβάζου δὲ θάυμα καὶ μᾶλλον ἐποιδύμην, τὸ καὶ  
καταρρωδῆσαι Λακεδαιμονίους καταρρωδῆσαν τὰ τε εἶπο  
δέξασθαι γῶμην δειλοτάτην, ὡς χρεῶν εἴη αἰαζέσθαι  
τας τὸ στρατὸν πεδόν, ἵεσθαι ἐς τὸ Θηβαίων ἀστὸν περιοριστο-  
μῶν, πλεῖν ἐπὶ ποσὸς ἐμεῦ βασιλῆος πεύσεται, καὶ τοῦτων  
μὲν ἐτέρωθεν ἔσται λόγος· νῦν δὲ ἐκείνοις τοῦτα πειθίσαι ἵνα  
ὄπισθεν πείσῃ, ἀλλὰ δὲ δικαίως εἰσὶ ἐς ὃ καὶ παλαιὰ φθάν-  
τες, δῶσσι ἡμῶν τ' δὴ ἐποίησαντο Πέρσας πάντων δίκαια.

Ἄνδρες Ἀθηνῶν, ἀγῶνος μεγίστου ποσειδημόνους, ἐλθὲ  
ἴδμεν ἔσσι ἢ δεδουλωρῶν ἢ Ἑλλάδα, ποσὸς δὲ με-  
ταίετο συγγνώμη, ἐπαγεόντων τοῦ ποιοῦσι τοῖσι π' καὶ σιωπῆ δέαι-  
ται. Ἀρταβάζου δὲ θάυμα καὶ μᾶλλον ἐποιδύμην, τὸ καὶ  
καταρρωδῆσαι Λακεδαιμονίους καταρρωδῆσαν τὰ τε εἶπο  
δέξασθαι γῶμην δειλοτάτην, ὡς χρεῶν εἴη αἰαζέσθαι  
τας τὸ στρατὸν πεδόν, ἵεσθαι ἐς τὸ Θηβαίων ἀστὸν περιοριστο-  
μῶν, πλεῖν ἐπὶ ποσὸς ἐμεῦ βασιλῆος πεύσεται, καὶ τοῦτων  
μὲν ἐτέρωθεν ἔσται λόγος· νῦν δὲ ἐκείνοις τοῦτα πειθίσαι ἵνα  
ὄπισθεν πείσῃ, ἀλλὰ δὲ δικαίως εἰσὶ ἐς ὃ καὶ παλαιὰ φθάν-  
τες, δῶσσι ἡμῶν τ' δὴ ἐποίησαντο Πέρσας πάντων δίκαια.

E. i.

δρανότων νῦν ὧν δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ ποιητέον ἡμῖν.  
 ἀμμουδιόεις γὰρ τῆ δυνάμεθα ἄριστα ἀπεκτελεῖν ἀλλή-  
 λους, εἰ μὴ νῦν ἐς ἡμέας ἄρμυσε ἀρχῶν ἡ ἵππος, χεῖρ δὲ  
 ἡμέας τε καὶ τοῖς μετ' ἡμέων τῶν Ἑλλάδα ἔθετο διδόν-  
 τας Τεγεάτας βοηθεῖν ὑμῖν νῦν δέ, (ἐς ἡμέας γὰρ ἀπα-  
 σα κελώρηκε) δὴ καὶ οἱ ἐς ἡμῖς ἀπὸς ἄπειροδύλι μαι-

λιστα τῆ μοιρέων ἀμυρόντες ἰέναι, εἰ δὲ ἄρα αὐτοῖς ὑ-  
 μέας καταλαβῆκε ἀδύνατον τι βοηθεῖν, ὑμεῖς δὲ ἡ-  
 μῖν τοῖς ἔξοτας ἀποπέμψαντες, χεῖρ δέδε. στωϊδα-  
 μὲν δὲ ὑμῖν ἕσπετὸν παρεόντα τὸν δὲ πόλεμον εὔσπετα πολ-  
 λὸν ἀποθυμοτάτοις, ὥστε καὶ τῶντα ἐστακούειν.

E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

**V**iri Athenienses, proposita dimicatione maxima, ut aut libera Græcia sit aut fer-  
 uiti obnoxia, proditi sumus à fociis noctu elapsis, & nos Lacedæmonii & vos  
 Athenienses: quod reliquum est, ita nobis videtur esse faciendum, ut quàm stre-  
 nuissimè possumus nosmetipsos defensantes, mutuo sumus auxilio. Ac si quidem in  
 vos priores impetum dedisset equitatus, è nostra dignitate erat, & Tegeatarū, qui nobis  
 cum Græciam non prodiderunt, subsidio vobis venire: nunc quoniam totus in nos e-  
 quitatus contendit, debetis vos ad partem maximè laborantem suppetias ferre. Quòd  
 si vobis aliquo discrimine occupatis fas non est subsidio venire, saltem hoc gratifica-  
 mini nobis ut sagittarios mittatis: quos agnoscimus longè omnium qui in hoc bello  
 sunt, promptissimos esse ad nos exaudiendos.

L A M P O N I S O R A T I O.

ARGUMENTVM.

Oppetierat in acie Mardonius: suadet hinc Lampon Aegineta Pausaniae, ut eius cada-  
 uer ignominiosè tractet.

Ὁ Παῖ Κλεομβρότου, ἔργον ἔργασά τοι ἰσθρφεύς, μέ-  
 γαλός τε καὶ κάλλος. καὶ τοι θεός παρέδωκε, ρυστά-  
 μδρον τῶν Ἑλλάδα, κλέος καταδέσται μέγιστον Ἑλλήνων  
 τῶν ἡμεῖς ἰδόμεν. σὺ δὲ ἔλα λοιπά τὰ ὅππ' οὐ ποισ ποίησον,  
 ὅπως λόγος πέ σε ἔχη, ἔπι μέγων καὶ πρὸς ὑπερον φυλάσση-  
 ται τῶν βαρβαρῶν μὴ ἰσθρξάν ἔργα ἀπάδαλα ποιέων

ἐς τοῖς Ἑλλήνας. Λεωνίδεω γὰρ ἀποθανόντος ἐν Θερμοπύ-  
 λῃσι Μαρδόνιος τε καὶ Ξέρξης ἀποταμόντες τῶν κεφα-  
 λῶν ἀνέστυρωσαν. τῶν σὺ τῶν ὁμοίω ἀποδιδόνε, ἔπιμην  
 ἔξεις, ἀπὸ τῶν μὲν ἕσπετὸν τῶν Σπαρτητέων παύτων, ὡς  
 δὲ καὶ ἀπὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. Μαρδόνιον γὰρ ἀνέστυ-  
 ρωσαν, τεπιμώρησαι ἐς πάτρων τὸν σὸν Λεωνίδεω.

E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

**F**lli Cleombrou, rem tu mirificam & magnitudine & fulgore gessisti, cui dii tribue-  
 runt ut liberata Græcia, omnes quos nouimus Græcos gloria supergredereris. Quod  
 superest in hac re, agas ita ut & tu maiore fama celebreris, & aliquis barbarorum  
 posthac caueat nefāda facinora perpetrare in Græcos. Etenim Leonidæ apud Thermo-  
 pylas interempti, reciso capite, Mardonius ac Xerxes truncum in crucem sustulerunt:  
 quibus si vicem reddes, laudem nancisceris primū ab omnibus Spartiatis, secundo  
 loco ab vniuersis Græcis: si quidem suffixo Mardonio, Leonidam patrum tuum fue-  
 ris ultus.

P A V S A N I A E O R A T I O.

ARGUMENTVM.

Respondet Pausanias Lamponi, negatque eam crudelitatem moribus & dignitati  
 Lacedæmoniorum conuenire.

Ὁ ἔειπε Δίγνη ἦτα, τὸ μὲν ἄνοσιν τε ἔπεσορᾶν, ἀγα-  
 μαί σὺ γνῶμις μὴ τοι ἡμαρτηκας χησῆς. δεῖρας  
 γὰρ με ὑψὸς, καὶ τῶν πάτρων, καὶ τὸ ἔργον, ἐς τὸ μηδέν  
 κατέβαλες, παραγνέων νεκρῶ λυμάνεσται. καὶ τῶν τῶντα  
 ποιέω, φας ἀμεινόν με ἀκούσεσται. τὰ ἀπέπει μάλλον  
 βαρβαροῖσι ποιέειν, ἢ ἀπὸ Ἑλλήσι. κακείνοισι δὲ ὀπφρον-  
 νέου. ἐστὶ δὲ ὧν τῶντου εἶνεκα μὴτε Δίγνη ἦτασι ἀδοίμι,

μὴτε τοῖς τῶντα ἀρέσκειται. ἀποχρᾶ δὲ μοι, Σπαρτητέων  
 ἀρέσκειμην, ὅσα μὲν ποιέειν, ὅσα δὲ καὶ λέγει. Λεωνί-  
 δη δὲ, τὰ με κελεύεις τιμωρῆσαι, φημί μέγιστος τι-  
 μωρῆσαι. ἡ γὰρ σὺ τῶν δὲ ἀνείλεθ' ἡ ποισ τιμωρῆσαι αὐ-  
 τὸς τε καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν Θερμοπύλῃσι τελευτήσαντες. σὺ  
 μὴ τοι ἐπιέων λόγον ποιόνδε, μὴτε ἀπὸς ἡμῶν ἔμει-  
 μήτε συμβουλεύης. χεῖρ τε ἰδοι, ἐὼν ἀπαθῆς.



Laur. Valla interprete.

**T**Vam, hospes AEgineta, benevolentiam atque providentiam amplector : tamen ab æquitate iudicandi deerras. Nam & me & patriam, quos in altum extulisti ob hæc gesta, ad nihilum redigis, quum suades mihi sæuire in mortuum, aĩsq; me auditurum melius si istud fecero. Quod barbaros decet potius facere quam Græcos, quódq; illis exprobramus. Quare ego neque AEginetis, neque iis quibus ista probantur assentior: cõtentúsque sum Spartiatis placere, vt honestè agam, honestéque dicam. Leonidæ autem, cui me iubes parètare, affirmo & ipsi & cæteris qui apud Thermopylas occubuerūt, magnificè esse parentatum, innumerabilibus horum funeribus. Tu verò posthac ad istud consulendum ne me adieris: quod tibi impune esse, loco beneficij ponas.

T I M E G E N I D A E O R A T I O.

A R G V M E N T V M.

Thebas obsidebant Græci, quia à Medis steterant, autorésque partium deposcebant: Timegenidas hic eorum vnus erat : is suadet hac concione ciuibus suis vt Græcis dedatur.

Ἄνδρες Θηβαῖοι, ἐπειδὴ οὕτω δέδοικται ἴσιν Ἕλλησι, μὴ πρῶτον ἀπαλασθῆναι πολιορκίοντας, πρὶν ἢ εὐέλποισι Θήβας, ἢ ἡμέας αὐτοῖσι πρῶτον δάωτε, νῦν ὧν ἡμῶν ἦν καὶ γῆ ἢ Βοιωπὴ πλεῶν μὴ αἰατλήσῃ. ἀλλ' εἰ ἐμὲ χερ-

μάτων χερίζοντες, πρῶτον ἡμέας δεχθέντες, ἡμέας σφιδάμενοι ἐκ τοῦ κοινοῦ (σὺ γὰρ πᾶσι κοινοῦ ἔμεινδισαμεν, εἰ δὴ μόνον ἡμεῖς) ἢ ἡμῶν ἀληθέως δόξαμενοι πολιορκέοις, ἡμεῖς ἡμέας ἐωυτοῖς ἐς ἀπιλοχίω παρέξομεν.

E A D E M L A T I N E,

Laur. Valla interprete.

**V**ri Thebani, quandoquidem Græcis ita constitutum est, non prius abscedere ab oppugnatione Thebarum quàm aut eas expugnauerint, aut nos dederitis, absit vt nostra causa Thebanus ager amplius vexetur : sed siue per causam deposcendi nos, pecunias cupiunt, pecunias eis è publico demus: (nam & publicè cum Medis sensimus, non autem nos soli) siue reuera deposcentes nos, urbem obsident, nos ipsi nos in disceptationem exhibemus.





διώκων παρλαβέν παρλάβου, ἢ οὐ δὴ κερὸν ἀλλ' ἢ  
 κερὸν κερὸν τοῖς ἐν τῆς ὑμετέρας μοσφοροῖς, ἢ κερὸν  
 ἢ μὴν πέμπειν, κερὸν ὅ, πὶ αὐτὴν πεισθῆτε, ὡφέλειαν, μάλιστα δὲ  
 ἀπὸ τῆς παρλαβῆς διέξαιδου, βοηθῆτε. πολλὰ δὲ (ὡς παρ  
 ἐν ἀρχῇ τῆς παρλαβῆς) ταῖς ὑμετέροντα ἀποδέκνυμι, ἢ μὴ  
 γινῶν, ὅτι οἱ αὐτοὶ πολέμοι ὑμῶν ἴσαν (ὅ παρ σαφῆσαι  
 πίσις) κερὸν οὐτοὶ ἐν ἀδενῆς, ἀλλ' ἰκανοὶ τοῖς μεταστῶντας  
 βλάβαι, κερὸν ναυπηγῆς ἢ οὐκ ἡπειρώπιδος τῆς ἑμμαχίας  
 διδουμένης, οὐχ ὁμοία ἢ ἀλλοπελίας, ἀλλὰ μάλιστα μὲν,  
 εἰ διώκατε, μὴδὲνα ἄλλον ἐάν κεκτῆσθαι ναὺς εἰ ὅ μὴ, ὅς-  
 πες ὁ πρώτος, τῶν φίλων ἔχον. κερὸν ὅ τῶν παρλαβῆς ἑμμαχί-  
 ῶντα μὲν δὲ κεῖν λέγεισθαι, φοβῆται δὲ μὴ δι' αὐτὴν πεισθῆ-  
 νος, τὰς ἀποιδῆς λύση, γινῶν τῶν μὲν δεδιδῶς αὐτῆς ἰσχυρῆ  
 χον, τοῖς οἰαίσις μᾶλλον φοβῆσθαι τὸ δὲ παρλαβῆς μὴ δὲ-  
 ξαιδου, ἀδενῆς ἐν τῆς ἰσχυρῶν τοῖς ἐχθροῖς, ἀδενῆς-  
 ῶν ἐσθῆδον, κερὸν ἀμα οὐ παρλαβῆς Κερύρας ναὺ τὸ πλέον ἢ

κερὸν τῆς Ἀθηνῶν βουλδοῦδρος, ἢ οὐτὴν κερὸν αὐτῆς  
 παρλαβῆς, ὅταν ἐς τὸν μέλλοντα κερὸν ὅσονου παρλαβῆς πόλε-  
 μον, τὸ αὐτῆς παρλαβῆς, ἐνδιδῆξῃ χωρίον παρλαβῆς  
 ὁ μετα μείζων κερὸν οἰκιοῦται τε κερὸν πολεμουται, ὅ  
 τε δὲ Ἰταλίας ἢ Σικελίας καλῶς παρλαβῆς κέρται, ὡς τε  
 μὴτε ἐκείθεν ναυπηγῶν εἰσῆσαι Πελοποννησίους ἐπὶ λαῖν, τὸ  
 τε ἐνδενδὲ παρλαβῆς ἐκείν τῆς παρλαβῆς, κερὸν ἐς ἄλλα ἑμμαχί-  
 ῶντα τὸν ὅσι, ἐσχυρῶντα δ' αὐτῆς κεφαλαῖω τοῖς τε ἑμμα-  
 χίαι κερὸν ἐκασον, τῆς αὐτῆς μὴ παρλαβῆς ἡμῶς μαθῶντε.  
 τῆς αὐτῆς ὄντα λόγου ἀξία τοῖς Ἕλλησι ναυπηγῶν, τὸ παρ  
 ὑμῶν, κερὸν τὸ ἡμέτερον, ἢ τὸ Κορινθίων τῶν τῶν δὲ παρλαβῆς  
 ἢ οὐτὴν ἐς τὸ αὐτὸ ἐλθεῖν, ἢ Κορινθίων ἡμῶς παρλαβῆς  
 παρλαβῆς, Κερκυραίοις τε ἢ Πελοποννησίους ἀμα ναυ-  
 μαχῆσθε δὲ ἐξαιδου δὲ ἡμῶς, ἐξεπε, παρλαβῆς αὐτοῖς πλείοσι  
 ναυσι τῆς ὑμετέρας ἀγωνίζεσθαι.

## E ADEM LATINE,

Iobō Veratio interprete.

**P**AR est, Athenienses, ut qui neque magni beneficii gratia, neque iure societatis ob-  
 strictos finitimos auxilia rogatū (sicuti nos hoc tempore facimus) veniunt, prin-  
 cipio doceat hoc quidem maximè, illis ipsis commoda esse quæ petant: si minus,  
 saltem non incommoda. Deinde, beneficii gratiam nunquam esse interituram. Quòd  
 si horum nihil planum fecerint, non iniquo animo ferre eos oportet si repulsam pa-  
 tiantur. Nos autè ita ad societatem belli petendā legati à Corcyraeis sumus, ut qui hæc  
 se vobis præstituros confidunt. Hoc autem idem studium & nostro iudicio ab usu no-  
 stro alienum fuit, & hoc tēpore rebus nostris nihil adiumcti affert. Etenim nos, qui vs-  
 queadhuc cum nemine societatem vltro iniimus, nunc eā ab aliis postulaturi adsumus:  
 simulque hoc Corinthiaco bello ob id ipsum subsidio sumus spoliati. Itaque nihil abest  
 quin, quæ moderatio antea videbatur, quòd nolimus aliena societate implicati, cōmu-  
 nis cum finitimis consilii aleā subire, temeritas iā & imbecillitas iudicetur. Ac superiore  
 quidē prælio nauali per nos Corinthios propulsauimus: at nunc maiore cū apparatu è  
 Pelopōneso reliquāq; Græcia cōtracto ab illis petimur: nec videmus solis domesticis vi-  
 ribus tuti esse posse: simulq; non leue impēdet nobis periculū, si in eorū potestātē venia-  
 mus, necesse habemus & vestra & aliorum omniū implorare auxilia. Ac venia profe-  
 cto digni sumus, quòd cōtraria antea cti tēporis otio, sine dolo certè, fortasse nō sine o-  
 pinionis errore, audemus. Cæterum bene vobis est casurus, si nos audieritis, multis ex  
 partibus vsus noster. Primū enim opem feretis hominibus iniuria affectis, non qui  
 alios violent. Deinde quia eos quorum res omnium maxima in discrimen vocatur, in  
 fidem recipietis, beneficium tribuetis perpetuo testimonio consignatum. Classē verò  
 habemus omnium, excepta vestra, maximam. Atq; videte quis rerum successus inusi-  
 tator, aut hostibus acerbior possit accidere, quàm quòd potentia, præ qua ingentem  
 pecuniæ vim, aut singularem gratiam nihili fecissetis, ea vltro ad vos defertur, nec peri-  
 culis nec impensis vllis redempta: quæque hoc amplius, populo vestro laudem virtu-  
 tis, quibus succurritis beneficii gratiam, vestræ ciuitati robur est allatura. Quæ omnia  
 paucis post hominum memoriam simul euenerunt, paucique extiterunt qui ad eos  
 quos implorarent, non minus afferrent præsidium & ornamentum, quàm quantum  
 ipsi auferre vellent. Siquis autem est qui id bellum, ad quod vobis magno vsui sumus  
 futuri, impendere non putet, eum vehementer fallit opinio: neque intelligit is Lace-  
 dæmonios, metu vestri agitados, belli cupiditate gestire: Corinthios verò per se multū  
 posse, vobisq; esse infensos, nosq; ab iis occupari, quo deinde vos oppugnēt: ne nos cō-  
 muni odio incēsi aduersus eos bellū cōiugamus, ac ne iis horū alterū præripiatur, aut ut  
 nos vexēt, aut suas opes cōfirmant. Nostræ igitur sunt anteuertēdi partes, aliorū in præ-  
 bēda societate, vestræ in accipiēda: potiūsq; anticipādi quàm opponēdi insidias. Quòd si

illud dicturi sunt, nefas esse vobis colonos suos recipere, discant ipsi, coloniã omnẽ suã metropoli, si ab ea beneficiũ accipiat, honorem habere cõsueſſe: sin lædatur, abalienari. Neque enim quò seruiant, sed quò cum residuis ciuibus pari iure sint, idcirco deducuntur. Iniuriam autem ab illis esse ortam planum est. nam de Epidamno à nobis in ius vocati, maluerunt armis quàm pari iure crimina disceptare. Atque hæc quæ in nos, cõ sanguineos suos, delinquũt, vobis grauissimo argumento esse possunt, ne illorum frau de circũueniamini, nève his petentibus, ilico quod postulabunt præbeatis. Etenim qui paucissima habet beneficia quæ eum in inimicos contulisse pœniteat, is tutissimus viuit. Neque Lacedæmoniorum fœdus violabitis nobis in fidem vestram receptis, qui neutrorum loci sumus. Nam illius fœderis conditionibus ita cautum est, licere ei ciuitati quæ ad nullam dum societatem se applicuerit, ad vtros commodum erit sese conferre. Et indignum omnino foret, si istis liceret militem in naues tum è fœderatis, tum è reliqua Græcia, nec minimùm è stipendiariis vestris contrahere: nos verò à proposita societate, aliãve quapiã oblata vtilitate prohiberët: deinde nobis crimini darët, si quod à vobis petitum venimus, exoraremus. Nos verò multo grauiori crimini dabimus, si nihil à vobis impetrabimus. Etenim nos repudiabitis, qui & in periculo versamur, nec sumus animis à vobis alienis. Istis verò non modò non obstabitis, qui & oderunt vos, & iniuriæ sunt autores: sed patiemini eos è ditione vestra contrahere copias, quas æquũ non est contrahi, sed aut ab illorum stipendiis militem vestrum arceri, aut nobis quoque auxilia, prout commodum vobis erit, mitti: sed omnium æquissimum, vt nos in societatem ascitos auxilio apertè iuuetis. Quæ res quantas vobis opportunitates sit allatura, vt principio admonuimus, ostendimus. Caput verò est, communes vobis esse hostes, (quod probare nihil negotii est) neque illi infirmi, sed qui cõtrariis partibus infesti esse possint. Neque verò par est momentũ in nauali societate, ac non pedestri, recusata. Quia si in vobis positum est, vsus nauium ab aliis omnibus auertite: si minus id potestis, at quem nauibus plurimum posse intelligitis, eum vobis adiũgite. Qui verò hæc conducibilia quidem iudicat, veretur autem ne his adductus fœderis conditiones migret, sciat is, si id quod metuit, eueniat, maiorem etiam hostibus esse terrorem incussurum. quo verò confidit, si nos reiecerit, quum aduersus potentiam sit imbecillum, multo etiam fore tenuius: sèque non de Corcyra magis quàm de Athenis consultare: quibus parum admodum ipse prospiciat, qui imminente ac modonon ingruëtĩ bello hoc tempore consulens, dubitet illis locum asciscere, in quo magnum est momentum, siue eum tibi adiũgas, siue inimicũ reddas. Est enim opporrunè situs, vt à nauibus Italiam Siciliãmq; petëtibus præteruehatur, & classẽ ex illis partibus missam Peloponnesi aditu intercludat, & hinc cõmodè illuc possit transmittere, multòsq; præterea vsus præbeat. Vno capite cõplectemur quicquid vniuersè aut sigillatim dici potest, quò intelligatis minimè esse nos hostibus proiciendos. Quũ omnino tota Græcia tres sint classes quæ in aliquo pretio esse debeant, vestra, nostra, & Corinthiorũ: harum si duas cogi sinetis, nõsque à Corinthiis præripiemur vobis, erit cum Pelopõnesiis & Corcyraeis vno tempore vobis classẽ dimicandum. Nobis autem in societatem admissis, licebit vobis aucto nauium vestrarum numero cum illis dimicare.

## CORINTHIORVM ORATIO.

## ARGVMENTVM.

Respondet hæc oratio superiori. Nam duobus capitibus tractatis à Corcyraeis, totidem sua opponunt Corinthiũ, & respondent ad omnia quæ allata sunt ab aduersariis. Atque vt Corcyraei se causæ æquitate niti, & quod ex vsu Atheniensium esset postulare dixerant, ita hi à se æquitatem stare, & se omnia iusta persequi nituntur ostendere. Ad prioris confirmationem repetunt iniuriarum primordia, belli causas, Corcyraeorum petulantiam, ius coloniarum, consilium suum in defendenda Epidamno, vrbe ab ipsis oriunda: tractantque hæc in contrarias partes omnia. Posterius verò probant duobus argumentis, quòd patet ex eorum partitione. Nam ea quæ in eam partem afferunt, vt probent licere saluo iure, atque adeo expedire iis societatem suam, diuidunt in διαιρέματα, καὶ ἕξις ἀντιδόσιν, id est, In iura, & relationem gratiæ: vt alterum iure nitatur,





**Q**uoniam Corcyraei isti non modò de se in societatem recipiendis, sed etiam ut acceptas iniurias nobiscum expostularent, seque iniquo bello à nobis peti criminarentur, verba fecerunt, necesse habemus nos quoque antè de vtroque agere, itaque ad reliquam orationem accedere: ut & postulationem nostram rebus vestris tutiorem esse maturè intelligatis, nec istorum utilitas temere à vobis repudiata videatur. Moderatione factum esse sua prædicant, quòd ad nullam se societatem applicuerunt: illi verò dolo malo, non virtutis studio adducti ita instituerunt, ut ad maleficia neque socium, neque testem vllum requirerent, aut quenquam aduocarent, cuius pudore commouerentur. Et sanè eorum vrbs ita opportunè sita est, ut vel solus situs iudices eos ferat iniuriarum quas aliis inferunt, potius quàm commerciorum iura colat: quòd minimè ad finitimos nauibus commeent, plerunque autem eò vi aliqua delatos excipiant. Atque eò præclaram neglectæ societatis speciem opposuerunt, non ut ne ipsi essent alieni maleficii participes, sed ut per sese maleficia sua committerent: & quò, sicuti vi superiores esse possent, vim facerèt: vbi fraude rem suam auerèt: si quod autem simul detrimentum accepissent, neminem erubescerent. At verò, si modò viri boni erant (quales se dicunt) quòd erant aduersus finitimos rectiores, eo apertius integritatem suam, pari iure tribuendo & accipièdo, expromere debuerunt. At nequaquam eos se aut erga alios, aut erga nos gesserunt: sed coloni nostri quum sint, tamen & semper à nobis descuerunt, & hoc tempore oppugnant, quòd se idcirco emissos negent ut vexarentur. At ne nos quidem idcirco deduxisse dicimus, ut eos contumeliosos haberemus, sed ut dignitate principes essemus, & ab iis, sicuti par est, obseruaremur. Nà & aliæ coloniarum nos obseruant, præcipuèque est erga nos colonorum nostrorum charitas. Ex quo videre est, quum plures sint quibus probemur, non rectè nos his solis esse odiosos: nec fuisse aduersus eos iustum bellum moturos, nisi insigni violatos iniuria. Atqui decebat hos quidem, vel si aliqua nostra esset culpa, tamen iracundiæ nostræ cedere: nobis autem turpe fuisset, eorum lædere modestiam. Verùm insolentia & opum copiis elati, cum alia multa in nos peccarunt, tum verò Epidamnum ditionis nostræ urbem, quam vexatam sibi non adiunxerant, nobis auxilio eò profectis occupatam tenent. Et dicunt se iure antea decernere voluisse. At illius obseruationem præ se ferre debet non qui iam est superior, & qui re extra periculi aleam constituta ad causam dicendam prouocat, sed qui res pariter ac verba in æquabilem disceptationem, antequàm manu cõseratur, adducit. Isti verò non antequàm locum illud obsiderent, sed postquàm rati sunt nos minimè id esse laturos, tum denique speciosum iudicii nomen obtenderunt. Vos verò adeunt, vna illa culpa non contenti, rogantque non ut belli, sed ut scelerum societatem secum cocatis, & susceptis nobiscum inimicitias, se in fidem vestram recipiatis. Quos oportuit, quo tempore tutissimè degebant, tum ad vos accedere: non autem quo nos læsi sumus, ipsi autem in discrimine versantur: nec quo vos, qui id temporis participes potentiæ eorum non fuistis, illis tamen commoda vestra impertietis: & qui à delictorum societate abfuitis, tamen ex æquo criminationem nostram sustinebitis: & quos oportuit iam pridem coniunctis viribus parem rerum euentum sortiri: à criminibus verò solis immunes, ita eorum quæ res illas sunt consequuta, exortes esse. Nos itaque necessariis æquitatis præsidii fretos ad vos accessisse, istosque contrà violentos esse homines & auaros, planum fecimus. Non posse autem à vobis saluo iure eos recipi, ita cognoscite. Si enim ita foederis conditionibus cautum est, licere ciuitati quæ in foederis formula perscripta non sit, vtros commodum erit sequi: nihil illa conuentio ad eos qui nocendi causa societatem petunt, sed ad eum, quisquis est, qui quum nullius sit defertor, sibi cautum esse cupit, quique iis à quibus sit receptus, si modò sapiunt, bellum pro pace non afferet. Quod vobis hodierno die vsu venturum est, nisi nos audieritis. Neque enim modò istorum auxiliares eritis, sed etiã nobis pro foederatis hostes. Ne cesse enim erit nobis, si vos istorum partes eritis sequuti, cum his vnà quoque vos propulsare. At verò è fide vestra



potius fuit, potissimum ut mediis essetis: si minus, at contra quam isti flagitent, à nobis contra eos staretis: (Corinthiorum utique foederati estis, Corcyraeorum, ne inducia- rum quidem nomine, unquam fuistis) nec illud institutum inueheretis, ut qui ab alteris descivissent, ab alteris reciperentur. Nam ne nos quidem, quum à vobis Samii defecissent, vobis suffragio nostro sumus aduersati. Quumque à Peloponnesiis sententiæ in utranque partem dicerentur de Samiorum auxilio, aperte tum restitimus, & licere cuique in suos animaduertere socios ostendimus. Nam si fontibus in clientelam receptis præsidio eritis, vestra quoque se proferent his neutiquam inferiora, quæ ad nos se conferent: legemque hanc vobis potius quam nobis imponetis. Atque hæc sunt æquitatis defensiones idoneæ, quibus apud vos utimur, quas omnes nobis Græcorum iura porrigunt. Cohortatio autem & beneficii postulatio erit hæc: quod nos beneficium neque ut hostes, à quibus oriatur iniuria, neque ut amici, qui sæpius eo sint vsuri, nobis in præsentia rependi dicimus oportere. Olim enim quum bello Aeginetico è Medica factione conflato vos longarum nauium copia deficeret, à Corinthiis naues viginti accepistis. Atque hoc beneficium, itemque illud in Samiis rebus, quod per nos stetit quominus illis Peloponnesii succurrerent, vobis superadorum Aeginetarum, puniendorum autem Samiorum facultatem attulit. Eo porro tempore fuit collatum quum qui in hostem feruntur, præ victoriæ cupiditate nihil omnium circumspiciunt. Nam pro amico eum habent, à quo quippiam suppeditatur, licet antea esset inimicus: pro inimico autem, si quis obsistat, licet sit non alienus: quum vel suis malè consulant, repentina contentione incitati. Quæ vos cum animis vestris reputantes, inferiores autem natu è grandioribus cognoscentes, parem nobis esse gratiam referendam censete. Neque existimate hæc ad dicendum quidem esse iusta, alia autem esse quæ bello decreto expediant. Utilitatem enim habet res ea in qua minimum peccatur. Ac reliquum bellum cuius vobis terrorem incutiunt Corcyraei, quod ad maleficium vos impellant, etiamnum occultum est. Neque æquum est ut vos eo commoti apertas inimicitias non dilatas, iam ex hoc tempore cum Corinthiis suscipiatis. Quin facietis consideratè, si vos potius suspicione, quæ propter rem Megarensis antea eto tempore valuit, liberaritis. Nouissimum enim meritum opportunè collatum, quanuis sit leuius, tamen potest grauiorem criminationem discutere. Neque verò oblata ab istis amplissimæ classis societas vos alliciat. Plus enim habet roboris innocentia, quam cum paribus præstamus, quam quod repentina specie incitati, periculose rem nostram augemus. In ea autem delapsi quæ aliquando apud Lacedæmonios diximus, ius esse cuique in suos socios animaduertendi, idem ut nobis per vos concedatur petimus, ne, quum vobis suffragio nostro profuerimus, vestro nobis obsitis. Verum par pari referte, illud non nesci, hoc esse illud tempus quo potissimum qui dat, amicus, qui aduersatur, inimicus haberi solet. Neque verò Corcyraeos in sociorum numerum adscribite ad nos oppugnandos, nec eos, quum sint nocentes, defendite. Quod si feceritis, rectè & ordine feceritis, saluberrimòque vobis eritis vfi consilio.

## PELOPONNENSIUM ORATIO.

## ARGVMENTVM.

Iuerant auxilio Corcyraei Athenienses aduersus Corinthios, & eorum auxiliares, quos acciuerant ex Peloponneso: in quo videbantur violare foedus id, quod cum Lacedæmoniiis & Peloponnesiis illorum sociis pepigerant. Indignè ferebant Corinthii, illarum virium accessione confirmari hostes suos. Miserunt ergo ex sociis, qui denuntiarent iis ut aut bello desisterent, aut se hostes profiterentur, & hostilis specimen animi in suo supplicio ederent.

Α Δικίτε, ὡ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, πολέμου ἄρχοντες, καὶ ἡμῖν γὰρ ἔστι κερύειν τε ἡμᾶς ἐπὶ Κερκυραν, ἢ ἄλλοσε εἰ ποὶ βουλόμεθα πλεῖν, καὶ ποὶ σπονδῶν λύεσθαι ἡμᾶς τοῖς δεξιῶσι λαβόντες, χηρίσασθε ὡς πολεμίοις.

ORATIONES.

EADEM LATINE,

Laur.Valla interprete.

INIURII Athenienses estis, bellum incipientes, foederaque rumpentes: qui nobis hostes nostros vlciscitibus impedimento estis, contra ferentes arma. Quod si vobis constitutum est nos prohibere quominus in Corcyrenses, aliove siquo libeat nauigemus, & foedera rumpitis, nos capite primos, & pro hostibus vtimini.

ATHENIENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondent Athenienses Peloponnesibus se non contra rem Corinthiorum venire, sed praesidio Corcyrae esse missos: itaque sibi in animo esse facere.

Οὔτε ἄρχομεν πολέμου, ὡς ἄλλοις Πελοποννήσιοι, οὐ πλείον, οὐ χειρόμεν· εἰ δὲ ὅππῃ Κέρκυραν πλοῦσιθε, ἢ ἐς τῆς ἐκείνων τὴν χειρίον, οὐ παροίμεθα καὶ τὸ δωματιν.

EADEM LATINE,

Laur.Valla interprete.

NEQUE bellum incipimus, viri Peloponneses, neque foedera rumpimus, sed istis sociis Corcyrensis auxilio venimus. Quod si vsquam aliò nauigare libet, nauigetis licet: sin aduersus Corcyrenses aliquemve illorum locum nauigabitis, non negligemus quoad poterimus.

CORINTHIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Corinthii, quum se Atheniensibus impares esse, & multis iam cladibus exhauriri intelligerent, ad Lacedaemonios, communes socios, qui ab eo bello omnino abfuerant propter foedus Atheniense, confugerunt. Venerunt eodem sociarum Lacedaemoniis ciuitatum legationes de Atheniensium iniuriis. Ibi pro se quisque ab Atheniensibus se indignis modis accipi questus est. Ad extremum dixerunt Corinthii multo ardentius & copiosius quam alii legati. Haec eorum est oratio, plena acrimoniae, partim in insolentiam Atheniensium, partim in tarditatem Lacedaemoniorum. Itaque duo maxime illius sunt capita: vnu quo grauiter inuehuntur in Athenienses, & ostendunt in quo & quana atrociter ab iis violentur: alterum, quo nimiam lentitudinem Lacedaemoniorum increpant, quod ne multis quidem iniuriis appetiti, neque se neque socios vlciscantur. Indignitatem tanta iniuria exaggerant comparatione vtriusque populi, Atheniensis & Lacedaemonii. Denique aut sibi alios quaerendos socios, aut Lacedaemoniis causam esse suscipiendam denuntiant.

Τὸ πῶς ὑμᾶς, ὡς Λακεδαιμόνιοι, τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτῶν πολιτείας καὶ ὁμολίας ἀπιστοτέροις ἐς τοὺς ἄλλοις, ἢ ὡς λέγωμεν, κατέστησι. καὶ ἀπ' αὐτῶν, σφοδρωσύνῳ μὴ ἔχετε, ἀμαθία δὲ πλείονι παρὰ τὴν ἐξ ὑμῶν ἀρετήν. καὶ τὸ πῶς ἡμεῖς, ὡς ἡμεῖς ἀπὸ Διδυμῶν ἐλατῆρα, οὐ παρὰ τὴν ἐξ ὑμῶν ἐπιδοσικονία ἐκείνοις τὴν μάθησιν ἐπιείθετε, ἀλλὰ τῶν λεγόντων μᾶλλον ἕστενοεῖτε ὡς ἔνεκεν τῶν αὐτῶν ἰδίᾳ ἀγαθῶν λέγεσθε. καὶ δι' αὐτῶν, οὐ παρὰ τὴν ἀρετήν, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ παρὰ τὴν ἐργῶν ἐσμεν, τοὺς ξυμμαχοὺς τοὺς δὲ παρεκαλέσατε ἐν οἷς παροίμεθα ἡμῶν οὐχ ἦκιστα εἰπεῖν, ὅσα καὶ μέγιστα ἐγκλήματα ἔχομεν, ἵνα μὴ Ἄθηναιον ὑβριστῶμεν, ἵνα δὲ ὑμῶν ἀμελοῦμεν, καὶ εἰ μὴ ἀφανεῖς ποιοῦντες ἠδίκου τὴν Ελλάδα, διδασκαλίαις αὐτῶν ἐκείνοις παροίμεθα, καὶ δὲ τὴν δεῖν μακροχρόνιον, ὡς τοὺς μὲν, διδουλοῦμεν ὅσα τε, τοὺς δ' ἐπιβουλοῦντας αὐτοῖς, καὶ οὐχ ἦκιστα τοὺς ἡμετέροις ξυμμαχοὺς καὶ ἐκ πολλῶν παροικησασάντων, εἰ ποτε ἄρα πολέμιοι σὺν ταῖς. οὐ γὰρ αὐτῶν Κέρκυρα τὴν παροικησάντων ἐστὶν

ἡμῶν εἶχον, καὶ Ποπύδα μὲν ἐπιδοσικονία. ὡς τὸ μὲν, ὅππῃ χειρότατον χειρίον παρὰ τὴν ὅππῃ ὁράμεθα ὅππῃ τῆς ἡμῶν, ἢ ὅππῃ ναυποκονία μέγιστον παρὰ τὴν Πελοποννησίους, καὶ τῶν δὲ ὑμῶν αἰπῶν, τὸ τε παρὰ τὴν ἐκείνων αὐτοῖς τὴν πόλιν μετὰ τὴν Μινδικὰ κρατύνει, καὶ ὑστερον τὰ μακρὰ τῶν τῆς ἐξ ὑμῶν τε αἰεὶ ἀπιστοῦσθε οὐ μόνον τοὺς ἑστέροις ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμῶν ἐκείνων διδουλοῦμεν ἐλατῆρα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμῶν ἐκείνων ἢ ξυμμαχοὺς, ἢ γὰρ ὁ δουλοσάμνος, ἀλλ' ὁ δουλοσάμνος μὲν παύσαι, παροικῶν δὲ, ἀληθέστερον αὐτῶν δὲ, εἴ ποτε καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς αἰεὶ ἐλατῆρα τὴν Ελλάδα φέρεται. μάλιστα δὲ νῦν τὴν ξυμῆσθον, καὶ οὐδὲ νῦν ὅππῃ φανεροῖς, καὶ γὰρ οὐκ εἰ ἀδικούμεθα, εἰ ποσπεῖν, ἀλλὰ καὶ γὰρ ἀμυνόμεθα, οἱ γὰρ ἀδικῶντες βεβουλοῦμεν παρὰ τὴν ἀμυνόμεθα, οἱ γὰρ ἀδικῶντες ἐπὶ τῶν καὶ ὅππῃ διεργασίαις ἢ καὶ οὐ μέλλοντες ἐπὶ τῶν καὶ ὅππῃ μετὰ οἷα ὁ δὲ οἱ Ἄθηναιοι καὶ ὅππῃ κατ' ὅλην τὴν γῆν ὅππῃ τῶν πέλας, καὶ λαυτὰ γεννῶμεν οἰόμενοι, διὰ τὴν ἀδικῶν ἀθῆναι ἡμῶν, ἵνα παρὰ τῶν γῆν οἰόμενοι, διὰ τὴν ἀδικῶν ἰσχυρὰς ἐκείνοις, ἵνα χεῖρετε γὰρ μόνον Ἑλλήνων, ὡς Λακε-



δαμόνιοι, οὐ τῆ δυνάμει πνὰ ἀλλὰ τῆ μελλήσῃ ἀμυνό-  
 μνοι, καὶ μόνου οὐκ ἀρχομένην πλὴν αὐξήσῃ σφ' ἐχθρῶν,  
 διπλασομένην δὲ κατὰ λυόντες, καὶ οἱ ἐλέγετε ἀσφα-  
 χεῖς εἶναι, ὡν ἄρα ὁ λόγος τῷ ἔργου ἐκράτει, τὸν τε γὰρ Μῆδον  
 αὐτοὶ ἴσμεν ἐκ σφάτων γῆς πρῶτον ὅτι πλὴν Πελοπόννη-  
 σον ἐλθόντα, ἢ τὰ παρ' ὑμῶν ἀξίως θεωραπῆσαι, καὶ  
 γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις οὐχ ἕκαστος, ὡς σφ' ἐκείνων, ἀλλ' ἐγὼ  
 ὄντας, θεωροῦσθε, καὶ ἀντὶ τῆ ἐπελθεῖν αὐτοὶ, ἀμυνέσθαι  
 βούλεσθε μᾶλλον ὀπιόντας, καὶ ἐς τυχῶς πρὸς πολλὰ δύ-  
 νατωτέρους ἀρσενίζο, ἡμῶν κατὰ τῆναι ὀπιόντες, καὶ τὸν  
 βάρβαρον αὐτὸν σφ' αὐτὰ πλῆν σφ' ἀλέντα, καὶ πρὸς  
 αὐτοὺς τοῖς Ἀθηναίοις πολλὰ ἡμᾶς ἢ ἢ τοῖς ἀμυνόμε-  
 σιν αὐτῶν μᾶλλον ἢ τῆ ἀφ' ὑμῶν πτωχεῖα θεωροῦσθαι  
 ἡμῶν, ἐπεὶ αἱ γὰρ ἡμέτεραι ἐλπίδες ἤδη ἵνασι, καὶ ἀπα-  
 ρασκείους δὲ τὸ πρῶτον, ἐφ' εἰσελθῶν. Ἐμπεδὸς ὑμῶν ἐπ'  
 ἐχθρῶν πολλῶν ἢ αἰτίαν νομίζω, τὰ δὲ λέγεσθαι, αἴτια μὲν γὰρ  
 φίλων ἀνδρῶν ὄντων ἀμυνόμενων κατὰ τῆναι, ἐχθρῶν  
 ἀδικησάντων, καὶ ἅμα, ἑσθ' ἄλλοι, νομίζομεν ἄ-  
 ξιοὶ εἶναι τοῖς πύλας λόγον ἐπιτελεῖν ἄλλως τε καὶ μεγάλων  
 τ' ἀφ' ἐφ' ὄντων κατὰ τῶν, σφ' ὡν ἐν αἰσάνεισθαι ἡμῶν γὰρ  
 δοκίμῃ δ' ἐκλογισάσθαι πῶποτε πρὸς οἴους ὑμῶν Ἀθηναί-  
 οῖς ὄντας, καὶ ὅσον ὑμῶν καὶ ὡς παρ' ἀφ' ὄντας, ὁ ἀρσεν-  
 ἔσαι, οἱ μὲν γὰρ, κωτεροποιοί, καὶ ὀπιόντας ὄξεῖς, καὶ ὀπι-  
 τελεῖσαι ἔργα ὁ αὐτῶν ὑμῶν δὲ τὰ ἑσθ' ἀρσενί, τὰ πρῶ-  
 ζειν, καὶ ὀπιόντας μὲν, ἢ ἔργα οὐδὲ πᾶσι καὶ αἰσάνει-  
 κείσθαι, αὐτοῖς τ' οἱ μὲν, καὶ πρὸς δυνάμειν πλημνται, καὶ  
 πρὸς γῶν μὲν κινδυνωτά, ἢ ἐν τοῖς δεινοῖς ἀέλιπδες,  
 τὸ δὲ ὑμῶν, τῆς τε δυνάμεις ὄντων πρὸς ἑσθ' ἔσαι, τῆς τε  
 γῶν μὲν, μὲν δὲ τοῖς ἑσθ' ὄντων πρῶτον, τῆς τε δεινῶν μὲν  
 πρὸ οἴσθαι ἀποκινήσθαι, καὶ μὲν καὶ αἰσάνει πρὸς ὑ-  
 μᾶς μελλήσθαι, καὶ ἀποκινήσθαι πρὸς ἐσθ' ὄντων. οἴ-  
 ονται γὰρ οἱ μὲν, τῆ ἀποκινήσθαι αὐτῶν κατὰ τῶν, τῆς τε  
 ἐπελθεῖν, καὶ τὰ ἐποικίαι αὐτῶν βλάψαι, κραπιούσθαι τῆ  
 ἐχθρῶν, ὅτι πλῆν ὄντων, καὶ νικώμενοι, ἐπ' ἐλάχι-  
 σον ἀναπίπτουσιν. ἐπ' ἢ, τῶν μὲν σάμασιν ἀλλοτελεῖται τοῖς  
 ἑσθ' τῆς πόλεως χεῖνται, τῆ δὲ γῶν μὲν, οἰκιστά, τῆς τε  
 πρὸς ὄντων πρὸς αὐτῶν, καὶ αὐτῶν αὐτῶν ὀπιόντας μὲν  
 ἐπεξέλεσθαι, οἰκιστῶν ἐσθ' ὄντων ἢ γῶν μὲν αὐτῶν, αὐτῶν ἐπελθόν-

τες κησάνται, ὁλίγα πρὸς τὰ μέλλοντα τυχεῖν πρὸς ἑσθ'-  
 τες. ἡ δ' ἄρα πῦρ καὶ πείρα σφ' ἀλέντων, ἀντεπίσταντες ἄλ-  
 λα, ἐπλήρωσαν πλὴν χεῖναι. μόνου γὰρ ἔχουσι τε καὶ ὁμοίως  
 ἐλπίζουσιν αὐτῶν ὀπιόντας, δὲ τὰ τὰ χεῖναι πλὴν ὀπι-  
 ρησιν ποιέσθαι ὡν αὐτῶν, καὶ τῶν μετὰ τῶν παρὰ  
 καὶ κινδυνῶν δι' ὅλου τῶ ἀσάνεισθαι, καὶ ἀποκινήσθαι  
 ἐλάχιστα σφ' ἑσθ' ἀρσενί, δὲ τὰ αἰεὶ κατὰ τῶν καὶ μῆ-  
 τε ἑσθ' ἄλλο πρὸς ἡσθ' ὄντων, ἢ τὸ τὰ δέοντα πρὸς ἑσθ', ἐμφο-  
 ραί τε οὐχ ἦσαν ἡσθ' ἀσάνεισθαι, ἢ ἀρσενί ὀπι-  
 ον. ὡς τε εἶπες αὐτοῖς ξυμῶν φάει πεφυκίαι ὀπι-  
 τῶν αὐτοῖς ἔχουσι ἡσθ' ὄντων, μῆτε τοῖς ἄλλοις ἀνδρῶν ἐσθ',  
 ὄρσθαι αὐτῶν. τῶν μὲν ἡσθ' αὐτῶν αἰσάνεισθαι πό-  
 λεως, ὡς Λακεδαιμόνιοι, δὲ μελλήτε, καὶ οἴσθαι πλὴν ἡσθ'-  
 χεῖν οὐ πύται σφ' ἀνδρῶν ὀπιόντας, τῆ δὲ γῶν μὲν, ἡ δ' ἀδ-  
 κῶνται, δὲ ὡς μὲν ὀπιόντας, ἀλλ' ὀπι-  
 τῶν τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτῶν ἀμυνόμενοι μὲν βλάψεται,  
 τὸ ἴσον νέμετε, μόλις δ' αὐτῶν ὁμοίαι παρὰ κινήσθαι, ἐπὶ  
 χεῖν τε πύται, καὶ δ' ὄσθαι καὶ ἀρσενί ἐσθ' ὄντων ἀρσενί  
 ὄσθαι ὑμῶν τὰ ὀπιόντας πρὸς αὐτοῖς ὄντων. αὐτῶν  
 δ' ὡς σφ' τῆς αἰεὶ τὰ ὀπιόντας ὄσθαι κρατεῖν καὶ ἡσθ' ὄ-  
 ζουσι μὲν πόλει τὰ ἀκινήσθαι τὸ μῆναι, πρὸς πολλὰ δὲ  
 αἰσάνεισθαι ὄντων, πολλῶν καὶ τῆς ὀπιόντας δει-  
 διόσθαι καὶ τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς πλῆν πρὸς ὀπιόντων  
 ὑμῶν κινήσθαι, μὲν μὲν οὐ πύται ὄσθαι ὄσθαι ἢ ἑσθ'  
 δυτῆς, καὶ τοῖς τε ἄλλοις, καὶ Ποσειδάμονας, ὡς σφ'  
 ἑσθ' ὄσθαι, ἐσθ' ὄσθαι, κατὰ τῶν ἐσθ' ὄσθαι ἐς πλὴν  
 Ἀθηναίων, ἢ μὲν ἀνδρῶν τε φίλους καὶ ξυμῶν τοῖς ἐσθ'  
 τοῖς πρὸς ὄσθαι, καὶ ἡμᾶς τοῖς ἄλλοις ἀσθ' ὄσθαι. ἐπὶ ἑσθ'  
 πνὰ ξυμῶν καὶ τῶν ἐσθ' ὄσθαι, ἀρσενί δ' αὐτῶν οὐδὲν, οὐ-  
 τε πρὸς δεινῶν ὄσθαι ὄσθαι, οὐτε πρὸς ἀνδρῶν σφ' αἰ-  
 σάνεισθαι. λυοῖσι γὰρ ἀσθ' ὄσθαι οὐχ οἱ δ' ἐρημίαι ἄλλοις  
 πρὸς ὄσθαι, ἀλλ' οἱ μὲν ἐσθ' ὄσθαι οἷς αὐτῶν ὄσθαι. ἐσθ'  
 ὄσθαι ὄσθαι ὄσθαι, μὲν μὲν. οὐτε γὰρ ὄσθαι αὐ-  
 τοῖς μὲν μετὰ ἄλλοις, οὐτε ξυμῶν ἐσθ' ὄσθαι ἄλλοις ὄ-  
 σθαι, πρὸς ὄσθαι ἐσθ' ὄσθαι, καὶ τῶν Πελοπόννησον πρὸς  
 ὄσθαι μὲν ἐλάσθαι ὄσθαι ἢ οἱ πατέρες ὑμῶν παρὰ ὄσθαι.

E ADEM LATINE, EX INTERPRETATIO-  
 ne Laurentii Vallæ ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

**F**ides vestra, Lacedæmonii, quam publicè priuatimque inter vos seruat, facit vt si-  
 quid in alios dicamus, minus credere possitis. Et ex eo æquitatis quidem laudem  
 obtinetis, sed inscitia maiore rerum externarum laboratis: quippe qui nobis sæpe-  
 numero prædicentibus quomodo vos læsuri forent Athenienses, nunquam tamen  
 auscultare voluistis quæ docebamur, sed potius ea dici suspicabamini propter priuatas  
 quæ nobiscum erant cum illis similitates. Ideoque nõ priusquam læderemur, sed post-  
 quam læsi sumus, focios vocandos putastis, apud quos æquum est nos verba facere,  
 tanto magis quo maiora crimina quæ obiiciamus habemus, & ab Atheniensibus læsi,  
 & à vobis neglecti, eo plus verborum faciamus. Quòd si aliqua ratione non manifesta-  
 ri forent ii qui Græciam vexant, opus erat vt planum faceremus apud nescientes. Nunc  
 quid attinet longa vti oratione, quæ cernatis ab Atheniensibus alijs in seruitutè reda-  
 ctos, alijs insidias tedi, & præcipue iis qui nostri sunt focii, & illos olim ià ad bellum, si quæ-  
 do bellum sibi inferretur, se instruere? Nõ enim Corcyram præreptam nobis tenerent, ne-  
 que Potidæam oppugnarent: quarum urbium altera accommodatissima est ad vtend-  
 dum rebus Thraciæ, altera maximam Peloponnensibus classẽ præstabat. Cuius rei  
 culpa penes vos est, qui tunc primum permisistis eos post bellum Medicum munire  
 urbem, mox etiam longos muros extruere: iam inde ad hanc diem assidue priuantes

libertate non modò qui ab illis seruitute sunt oppressi, sed etiam socios vestros. Non enim is qui redigit alium in seruitutem, sed is qui quum possit hoc prohibere, contemnit, id facere existimandus est, utique si præclarum præ se ferat titulum Græciæ in libertatem afferendæ. At nunc vix tandem congregati sumus, ac ne nunc quidem ista pro manifestis habentes: quos oportebat, nõ an iniuriam acceperimus, discutere amplius, sed quo pacto illam vlcisceremur. Nam qui ista agunt, re iam deliberata minimeque cunctantes inuadunt homines adhuc consilii incertos. Nec nos fallit qua via & quòd pedetentim grassentur in proximos. Et dum quidem occulta esse existimant quæ faciunt, propter stuporem vestrum, minus audacter agunt: quòd si intellexerint vos, quæ hæc sciatis, susque deque ferre, vehementer rem vrgebunt. Soli enim vos Græcorum, Lacedæmonii, quiescitis, non vi ac manu quenquam, sed cunctatione vlciscetes, solique vires hostium, non quum incipiunt, sed quum duplicata sunt, perditum itis. At qui ferebimini cauti esse & circumspecti, de quibus profectò ista prædicatio supra rei veritatem erat. Nam & ipsi scimus Medum ab extremo terrarum prius in Peloponnesum peruenisse quàm à vobis pro dignitate occurreretur, & nunc Athenienses, non longinquos (ut ille erat) sed vicinos negligitis, & inuadentibus resistere mauultis quàm inuadere, & cum multo quàm antea fortioribus dimicando, incerta fortunæ subire: quum sciatis & barbarum ipsum magis aduersis suis casibus, & Athenienses, dum nobiscum belligerant, potius crebris erroribus suis quàm nostra vltione fuisse superatos: eoque nonnullos aliquando, quòd imparati essent, spe vestri fretos in exitum deuenisse. Neque aliquis vestrum hæc dici à nobis existimet odio magis quàm ex postulatione. nam ex postulatio quidem, est amicorum de amicis officio non fungentibus: accusatio autem, est de hostibus qui iniuria affecerunt. Et sanè nos, si quos alios, dignos esse censemus qui proximis vitium exprobremus, quum præsertim res maximæ agantur, quarum nullum vos sensum nobis habere videmini, nec vnquam considerasse quales homines sint Athenienses, & ut per omnia vobis præstantiores, cum quibus vobis certamen futurum est. Quippe illi rerum nouarum molitores sunt, & cum ad excogitandum, tum etiam ad exequendum ipso opere sunt celeres: at vos ea quæ possidetis conseruare contenti, nihil admodum ad excogitandum, ac ne ad necessaria quidem exequenda, sufficitis. Ad hæc illis quidem adest maior quàm pro viribus audacia, & periclitatores sunt ultra id quod ceperunt consilium, etiam inter asperrima quæque bene sperantes: vestra autem ratio est, viribus vestris inferiora gerere, & ne certis quidem exploratisque consiliis confidere, & difficultibus nunquam vos ereptum iri arbitrari. Præterea illi, impigri, vos, cunctatores: illi, profectiois amantes, quum vos omnium hominum maximè domi desideratis. Sperant enim se, dum domo aberunt, peregre profecti, aliquid esse quæsituros: at vos si quem inuadatis, etiam rebus præsentibus incommodaturos existimatis. Illi, superato hoste, quam longissimè progrediuntur: superati, quam minimè animo consternantur. Ad hæc, corporibus alienissimis pro ciuitate, at consilio maximè proprio ad aliquam rem pro ea gerendam vtuntur, nisi cogitata confecerint, de rebus domesticis deperire, & quæ inuadendo obtinuerint, parua præ illis esse quæ animo agitant existimantes: & si quid irrita spe tentauerint, noua rursus spe, amissa reparantes. Soli enim omnium pariter habent ac sperant ea quæ destinauerunt. tanta est eorum in aggrendendis quæ animo constituerunt, celeritas. Atque in omnibus his per labores atque pericula æuum omne conterunt, rebus partis vel minimè fruantes, studio assidue acquirendi: dies festos non aliud quicquam esse putantes quàm conficere quæ expediunt, nec minus calamitatem esse iners otium quàm negotium laboriosum. Vt que adeo (ut breui cõplectar) si quis dicat illos hoc ingenio natos esse ut neque ipsi queant neque alios sinant quiescere, is rectè dixerit. Quum tamen talis ciuitas vobis aduersaria sit, Lacedæmonii, cunctamini, nec censetis quietem diuturnam iis hominibus superpetere, qui ita quidem se comparant ut nemini iniuriam faciant, sed præ se ferunt eo se animo esse, ut si iniuria afficiantur, passuri non sint: verum æquitatem eò colitis, ne alios offendatis, nec ipsi iniuriam propulantes, detrimentum capiatis. quod vix conseruemini, vel si similis vobis vicina ciuitas esset. Nunc autem (id quod iam etiam ostendimus)





ἡμεῖς μὲν αἰσώμεθα τὰ ὑπολοιπὰ τῶ βαρβαρῶν, ἡμῖν δὲ  
 παροτρυνόντων ἤδη ξυμμαχῶν, καὶ αὐτῆς δεηθέντων, ἡγε-  
 μονίας καὶ ταπεινῆς. ἢ αὐτῆς ὅ τῶ ἔργου καὶ τιμῆς ἀσπίδα  
 παροτρυνόντων παροτρυνόντων αὐτῶν ἐς τὸδε, μάλιστα μὲν ὑπο-  
 δόξαι, ἐπειτα ὅ καὶ πμῆς, ὑπερον καὶ ὠφελείας καὶ ἐπι-  
 λείας ἐπ' ἐδοκίμει, πῶς πολλοῖς ἀπὸ χθηνῶν, καὶ πῶν  
 καὶ ἡδη ὑποστάντων κατεστραμμένων, ὑμῶν τε ἡμῖν οὐκέτι  
 ὁμοίως φίλων, ἀλλ' ὑποστάντων καὶ δεξιόρων ὄντων, ἀνέν-  
 ταις κινδυνεύειν, καὶ γὰρ αἱ ἀποστάσεις πρὸς ὑμᾶς ἐπι-  
 γνοπο. πᾶσι δὲ ἀνεπίφθορον, τὰ ξυμφέροντα ἤδη μεγίστων  
 πρὸς κινδύνων ὅτι πρὸς ὑμᾶς, ὑμεῖς γὰρ, ὡς λακεδαίμο-  
 νιοι, τὰς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεις ὅτι τὸ ὑμῖν ὠφέλιμον  
 καὶ ταπεινῶν ἐξηγήσατε, καὶ ὅτι ὑπομείναντες δεξιόταν  
 πρὸς ἀπὸ χθηνῶν ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ, ὡς πρὸς ἡμῖς, ὅτι ἴσμεν μὴ  
 αὐτῶν ὑμᾶς λυπηροῖς γνησίουσι τοῖς ξυμμαχοῖς, καὶ  
 ἀναγκαζόντας αὐτῶν ἄρχων ἐκράτους, ἢ αὐτοῖς κινδύ-  
 νου. οὕτως οὐδ' ἡμῖς θαυμασθῶν οὐδὲν πεπιθήκαμεν,  
 οὐδ' ἀπὸ τῶ ἀφρωπείου ἔθρου, εἰ ἀρχῶν τε δεξιότατον ἡμῶν  
 ἐδεξάμεθα, καὶ ταῦτα μὴ ἀείμεν, ὑποστάντων μεγίστων  
 νικηθέντες, πμῆς, καὶ δόξαι, καὶ ὠφελείας, οὐδ' αὐ-  
 τῶν πρὸς τῶ ἑαυτοῦ ὑποστάντων, ἀλλ' αἰεὶ καθεστῶτος,  
 πῶν ἡστων ὑποστάντων διωκατέρου κατεπίρραδα. ἄξιόι τε  
 ἅμα νομίζοντες ἔτι, καὶ ὑμῖν δοκῶντες, μέγιστος οὐτὰ  
 ξυμφέροντα λογίζομεν, πρὸς δικαιοσύνην καὶ λόγῳ καὶ χρεῖσιν, ὅν  
 οὐδεὶς παρ' ἀφρωπύχον ἰσχυρῶν κησάδα, πρὸς δόξαι, πρὸς μὴ  
 πλέον ἔχειν ἀπετραπέτο. ἐπαμειβόμενα τε ἀξιοιοῖπνες χρε-  
 σάδαροι τῇ ἀφρωπείᾳ φύσιν ὡς τε ἐτέρων ἀρχῶν, δικαιο-  
 τεροι ἢ καὶ πρὸς ὑποστάντων διωκατέρου γνησίουσι, ἀλλοῖς  
 γὰρ αὐτῶν οἰόμεθα τὰ ἡμέτερα λαβόντας δεῖξαι αὐτῶν  
 μάλιστα εἰ πρὸς μετελάου, ἡμῖν δὲ καὶ ἐν τῶ ὅπτεροις ἀ-  
 δοξία πρὸς ἡμῖν ἐπαμνος ἐκ εἰκότως παρῆσιν. καὶ ἐλα-  
 σσύνομεν γὰρ ἐν ταῖς ξυμβολαίαις πρὸς τοῖς ξυμμαχοῖς  
 δίκαις, καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποι-  
 ῆσαντες τὰς κρίσεις, φιλοδοκίαν δοκῶν, καὶ οὐδεὶς σφο-  
 δρῶν αὐτῶν, πῶς καὶ ἀλλοθι πρὸς ἔχουσιν ἀρχῶν, καὶ ἡστων

ἡμῶν πρὸς τοῖς ὑποστάντων μετείοις οὐσι, διότι τῶν ἐκ-  
 νεύειται. εἰς ἔξοδα γὰρ οἷς αὐτῶν, δικαιοσύνη οὐδὲν ὁμοίως  
 δέοντα. οἱ δὲ εἰρησῶν πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τῶ ἴσου ὁμοίως  
 λῶν πρὸς τὸ μὴ οἰεσθαι χρεῖσιν, ἢ γνῶμη, ἢ διωκατέρου  
 τῇ δεξιόταν ἀρχῶν καὶ ὁπωσού ἐλασσύνομεν, οὐ πρὸς  
 πλείονος μὴ στελεσκόμοιοι χρεῖσιν ἔχουσιν, ἀλλὰ τῶ οἰεσθαι  
 χαλεπώτερον φέρουσιν, ἢ εἰ ἀπὸ πρὸς τῶς ἀπὸ δεξιόταν πρὸς  
 νόμον, φατερός ἐκτελεσκόμοιοι. εἰκένως δὲ οὐδ' αὐτῶν  
 αὐτέλερον ὡς οὐ χρεῖσιν τὸν ἡστων πρὸς κραταιῶν ὑποστάντων  
 ρεῖν, ἀδικούνομεν τε, αἷς ἔοικεν, οἱ ἀφρωπῶν μάλιστα ὁμοίως  
 καὶ ἢ εἰς ἔξοδα. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶ ἴσου, δοκῶν πρὸς ἐκτε-  
 σθαι τὸ δ' ἀπὸ τῶ κρείπτονος, καὶ ταπεινῶν ἔξοδα. ὑποστάντων  
 ἢ Μήδου δέοντες πρὸς πρὸς πρὸς ἡνείχοντο ἢ ὅτι μετε-  
 ρα ἀρχῶν, χαλεπῆ δοκῶν ἔτι. εἰκότως τὸ παρὸν γὰρ αἰεὶ βα-  
 ρύ τοῖς ὑποστάντων. ὑμεῖς γὰρ αὐτῶν εἰ καθεστῶτες ὑμᾶς  
 ἀρχῶν, πρὸς αὐτῶν ὄντων, λῶν δεξιόταν τὸ ἡμέτερον δέος  
 εἰληφάτε, μεταβάλοιστε, εἰ πρὸς οἷα καὶ πρὸς τῶν Μή-  
 δων δὲ ὀλίγου ἡγεσῶνομεν ἀπεδέξαστε, ὁμοῖα καὶ τῶν γνῶ-  
 σασθαι, ἀμικτα γὰρ ἔατε καὶ ὑμᾶς αὐτοῖς νόμιμα τοῖς ἀλλοῖς  
 ἔχετε, ὡς πρὸς εἰς ἔκαστος ἔχων οὐτε πύπεις χρεῖται, οὐ-  
 γὰρ οἷς ἢ ἄλλη Ἑλλάς νομίζει. βουλεύσατε οὐδὲ βραδύτως, οἷς  
 οὐ πρὸς βραδύτως καὶ μὴ ἀλλοπείαις γνῶμῆς καὶ εἰκότως  
 μασί πεισθέντες, οἰκῶν πόνον πρὸς ἔσασθε. τῶ δὲ πολέμου τῶν  
 ἀφρωπύχον ὅσος ὄσιν ἐν αὐτῶν γνησίουσι, πρὸς δεξιόταν  
 μμυνοῖνομεν γὰρ φιλεῖς τῶν πρὸς τὰ πολλὰ πρὸς ἔσασθε, ὡν  
 ἴσων τε ἀπὸ χθηνῶν, καὶ ὁπότερος ἔσασθε, ἐν ἀδύλω κινδυνεύ-  
 ται, ἴοντες τε οἱ ἀφρωπῶν ἐς τοῖς πολέμοις, ἢ ἔργον πρὸς  
 πρὸν ἔχον) ἀρχῶν ὑπερον δρᾶν κακοπαθῶντες δὲ ἡδη  
 ἤδη λογῶν ἀπὸνται, ἡμῖς δὲ ἐν οὐδὲ μᾶτα πρὸς αὐτῶν ἀ-  
 μμῶν ὄντες, οὐτ' αὐτοῖς, οὐτ' ὑμᾶς ὄραντες, λέγρομεν ὁ-  
 μῖν, ἔως ἐπ' αὐτῶν ἄμφοτεροῖς ἢ ἀβουλία, σπονδῶν  
 μὴ λυεῖν, μὴδὲ ἀφραβαῖνεν τὰς ὄρκους τὰ ὅτι δεξιόταν δι-  
 κη λυεσθαι καὶ πρὸς ξυμθῆκην, ἢ τοῖς οἰεσθαι μμῶν  
 πρὸς πρὸς ὄνομοι, πρὸς ἔσασθε μμῶν ἀμμῶν πρὸς πολέμου ἀρχῶν  
 τῶν ταῦτα ἢ αὐτῶν ὄνομοι.

EADEM LATINE, EX INTERPRETA-  
 tione Laurentii Vallæ ab Henr. Stephano  
 nonnullis in locis recognita.

**E**quidem non ad disceptandum nos cum sociis nostris legati venimus, sed ad alia  
 transigenda à ciuitate missi: verum cognita non exigua aduersus nostram aliarum  
 ciuitatum querela, prodiumus, non criminibus responsuri, (neque enim iudices  
 vos aut nostri aut istorum estis, apud quos habeatur oratio) sed ne vos ad sociis creden-  
 dum faciles, de rebus magnis deterius consulatis. simul quia volumus de rationibus  
 nostris omnibus quo pacto se habeant, vos facere certiores, neque ea quæ tenemus, im-  
 probè obtenta, & nostram ciuitatem magni pretii esse. Et peruetusta quidem illa quid  
 attinet repetere, quorum magis fama testis est, apud audientes quàm aspectus? At gesta  
 bello Medico, & quæcunque de ipsis nostis, etsi molesta vobis & odiosa erunt, quòd ea  
 subinde allegemus: tamen commemorari necesse est. nam quum res illas gerebamus,  
 cum periculis ad omnium vilitatem suscipiebantur, cuius vos re ipsa participes fuis-  
 stis: nos autem omni commemoratione, siquid profit, non priuamur. Quæ non ma-  
 gis purgandi nos gratia dicentur, quàm testificandi, demonstrandique, aduersus qua-  
 lem ciuitatem non bene consultantes vos bellum suscipiatis. Etenim præ nobis  
 ferimus, nos solos in Marathone aduersus barbarum periculis obuiam esse. Cui rur-  
 sus reuerso quum impares terrestri certamine essemus, concensis vniuersi nauibus  
 ad Salaminem pugna nauali confliximus. Quæ res obstitit ne ille Peloponnesum præ-  
 nauigando oppidatim expugnaret, quum non possent ciuitates vestræ contra ingen-



tem classem sibi mutuo auxilio esse. Atque huius rei barbarus ipse maximum testimonium perhibuit, qui classe victus, tanquam nunquam amplius futura sibi pari potentia, properatò cum maiore copiarum parte abscessit. Ex quo tali factò quum patuisset planè fortunas Græcorum in nauibus sitas fuisse, tria nos in id utilissima contulimus, plurium nauium numerum, ducem solertissimum virum, exertissimam animi alacritatem: naues quidem ad quadringentas, paulo minus duas totius classis partes: ducem verò Themistoclem, qui præcipuus autor extitit vt pugna naualis fieret inter angustias: res procul dubio statui Græciæ salutifera. quo nomine vos cum singulari honore prosequuti estis, præ externis omnibus qui ad vos venerint. Alacritatem autem eamque præstantissimam declarauimus, qui, quum terra iuuaremur à nemine, iam cæteris ad nos vsque reductis in seruitutem, decreuimus, vrbe relicta, re familiari profligata, ne sic quidem reliquorum sociorum communionē deserere, neque dispersi, inutiles ipsis esse, verum conscensis nauibus periculum adire, nec, quòd non antè auxilium nobis tulissetis, succensere. Itaque nos non minus adiumento vobis fuisse quàm id consequutos esse, prædicamus. Nam vos quidem ex habitatis vrbibus proficiscentes, & vt eas in posterum habitaretis, postquam timere cœpistis, pro vobis multo plus quàm pro nobis auxilio venistis. Nam quum adhuc salui essemus, non præstò fuistis. At nos ab vrbe quæ iam nulla erat profecti, & de ea quæ exigua spe nitebatur, dimicantes, vnà vobis & nobis salutem pro virili parte peperimus. Qui si ad Medum transissemus, timentes (quemadmodum alii) nostræ regioni, aut non ausi postea fuissemus classem conscendere, tanquam deplorati, nihil sanè oportuisset iam vos, nō satis nauium habentes, classe pugnare, resque sine certamine ad votum hosti cessisset. Nōne igitur digni sumus, Lacedæmonii, illius nostræ generositatis & prudētiæ gratia, qui principatu quē habemus potiamur: non ita multū Græcis inuidioso: quippe quē non vi sumus adepti, sed tū vobis reliquias barbari persequi recusantibus, tum sociis, qui nos adierūt, præcātibus vt sibi præessemus. Cæterum ex ipsa rei conditione & natura coacti primò sumus id perducere ad hoc tempus, præcipuè timoris, deinde honoris, postremò vtilitatis gratia. Neque amplius videbatur tutum nobis esse vt, quum multis simus inuisi, nonnullòsque qui iam defecerant subegerimus, vobis quoque non perinde simus amici, sed in suspicionem adducti ac discordantes, deposito imperio periclitemur. nanque qui à nobis, ii ad vos deficerent. Nec inuidiosum est, aliquem qui in summum periculum deducatur, consulere vtilitatibus suis. quoniam vos quoque, Lacedæmonii, ciuitatibus quæ sunt in Peloponneso, ad vestram vtilitatem constitutis, præestis. Quòd si tum permanentes semper in imperio & principatu, hominum odia vobis contraxissetis, quemadmodū nos, scimus profectò vos non minus graues & inuisos sociis futuros fuisse quàm hodie sumus, & in necessitatem vêturos fuisse aut imperiosè dominandi, aut de vestro capite & salute dimicandi. Ita nec nos indignam fecimus rem, neque à moribus humanis abhorrētem, si traditum nobis imperium suscepimus, nec id deponimus, maximis rebus coacti, honore, metu, & vtilitate. Neque verò talis facti primi fuimus autores, verum ita semper legibus ac moribus receptū est, vt imbecillior à potētiorē coerceatur. Et cum ipsi nos imperio dignos censēbamus, tum etiam vobis tales videbamus, quoad commodi rationem ducētes, specie quadam æquitatis vtimini. quam nemo vnquam ita vtilitati præposuit, vt oblatam sibi occasionem plus aliquid vi adipiscendi præmitteret. Dignique illi sunt laude qui humana natura vsi ad aliis imperandum, æquiores extiterunt quàm ipsum imperium tulit. In quo quàm modestè nos geramus, illi (vt arbitramur) maximè ostenderent, si qui hoc imperium acciperent. Quanquam ex nostra lenitate (quod indignū est) plus dedecoris assequimur quàm laudis. Nam de nostro iure decedētes in recuperatoriis aduersus socios iudiciis, eisque apud nos iisdem legibus ius reddentes, litigiosi esse videmur. Nemòque eorum considerat, istud crimen non obiectari iis qui vsquam alibi imperium habent, etiamsi alioqui minus in subditos æqui sint quàm nos. Nam quibus potestas est vim faciendi, iudiciis nihil opus habent

nostri focii, consuetudine nobiscum ex æquo agendi, siquid vel quantumcunque sibi detractum est verbo factove propter rationem imperii, quod opinione ipsorum detractum non oportuit, non habent gratiam quod plus creptum sibi non fuerit, sed illud modicum deesse, grauius ferunt quam si ab initio secum non iure sed aperte rapaciter egissemus. Illo enim modo ne ipsi quidem quicquam causæ dixissent quin inferiorem superiori cedere oporteat. Magisque videntur indignari homines quum iniuria afficiuntur quam quum vis affertur. Nam quod ab eo proficiscitur qui in pari est conditione, in eo iuris æquabilitas violari videtur: at quod à potètiore, in eo esse coactus. Eoque, quum atrociora sub Medo paterentur, tolerabant: eisdem nunc nostrum imperium durum videtur. neque immerito: semper enim subditi præsentì grauantur imperio. Quin vos, si euerso dominatu nostro ipsi dominaremini, iam beneuolentia, quam metu nostri contraxistis, in maleuolentiam mutaretur: si qualia edidistis breui eo tempore quo aduersus Medum Græciæ præfuisstis, eadem & nunc edenda censere- tis. Vestra enim instituta nihil commune cum aliis habent: adhæc vnusquisque cum imperio & potestate proficiscens, neque his vitur, neque illis quibus reliqua Græcia vti solet. Quapropter tanquam de rebus non exiguis, diu deliberate, neque alienis consi- liis criminationibusque fidem habentes, proprium laborem vobis imponatis, & quam inopinati ac præcipites sint belli euentus, antequam in eo versemini, animo præcipite. Quum enim extrahitur, solet ad infortunia magna ex parte deuenire. A quibus & tan- tundem absumus, & vtro sit modo futurum, incerta alea tentatur. Et homines quum prælia ineunt, antè capessunt opera quæ postèrius agenda erāt: at quum ærumnis pre- mi cœperunt, consilia instituunt. Cui culpæ quum neque nos vlllo pacto affines si- mus, neque vos esse videamus, prædicimus, dum integrum vtrisque est, bene consul- tare, ne fœdera rumpatis, neque iururandum præuaricemini, sed controuersias no- stras ex conuentis dirimamus: alioqui deos iururandi arbitros testati, conabimur vos propulsare, si nos bello lacessatis, ea via qua præiueritis.

ARCHIDAMI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum esset ab vtrisque peroratum, à legatis sociorum & ab Atheniensibus, res à Lacedæmoniis in contentionem est adducta, bellum Atheniensibus indici placeret necne. Quum ad bellum inclinati essent animi, & in eam sententiam multis ex partibus iretur, Archidamus Spartanus rex sententiam dixit moderationis & grauitatis plenam, qua non placere quidem sibi Atheniensium in socios petulantiam ostendit: verum belli gerendi nondum sibi maturitatem videri venisse. Neque enim satis esse graues eius suscipiendi causas, gerendi verò facultates idoneas multo minus. Autor igitur est vt legati Athenas ad res repetendas mittantur, quo interim tempore bel- lum maturius comparari possit.

**Κ** Αὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι, ὦ Λα-  
κεδαιμόνιοι, καὶ οὐδὲν πῦρ ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὄρα,  
ὡς τε κἀντε ἀπειρία ὀπιθυμῶσά τινα τὴν ἔργου ὄσφρα αὐτοὶ οἱ  
πολλοὶ παύσειεν) μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα.  
θύροισι δ' αὐτὸν πόλεμον πίνδε, πᾶσι οὐκ οὐκ βουλθίθετε,  
οὐκ αὐτὸν ἐλάττω γυμνοῦσθαι, εἰ σαρφρόνως πῖς αὐτὸν ἐκλογῆ  
ζοῖτο, ὡς ἔστιν ἡμῶν τῶν Πλοποννησίων, ἔστιν αὐτοῖς ἰσχυροῦς  
παρόμοιος ἡμῶν ἢ ἀλκή. ἔστι δὲ παχέων οἶόν τε ἐφ' ἕκαστα  
ἐλθεῖν, ὡς δὲ αἰθραὶ οἱ γλυτὸν ἐκάς ἔχουσι, καὶ ὡς σέ-  
πτα σαλαῶσιν ἐμπειρότατοι εἰσὶ, καὶ πῖς ἄλλοις ἀπασιν ἀ-  
εῖσαι ἐξήρτωνται, πλοῦτω τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ἑαυτοῖς,  
καὶ ἰσχυροῖς, καὶ ὀπλοῖς, καὶ ὄχλῳ, ὅσος ἐν ἑσὶ ἄλλῳ ἐνὶ γῆ χωρῶν  
Ἑλλήνων, ὅτιν' ἐπὶ καὶ ξυμμαχοῖς πολλοῖς φοροῦ ἴσπο-  
τελεῖς ἔχουσι πῶς γῆ ὡς πῶς ῥαδίως πόλεμον ἔρα-  
σται, καὶ πῖς πιστευσαντες, ἀπὸ ῥασιδίου ἐπιχθίνῳι,  
πότερον ταῖς ναυσίν, ἢ ἡσσοῖς ἐσθῆν. (εἰ δὲ μελετήσῃσθαι,  
καὶ αὐτὸν ῥασιδίου ἀσθῆσθαι, ῥασιδίου ἀσθῆσθαι) ἀλλὰ πῖς

χρήματα; ἀλλὰ πολλὰ ἐπὶ πλέον τούτου ἐλείπεσθαι, καὶ  
οὔτε ἐν καιρῷ ἔχουσι, οὔτε ἐπίμωσιν ἐπὶ ἰδίῳ φέρουσι.  
ἔχ' αὐτοῖς ῥασιδίου ὅτι πῖς ὄπλοισι αὐτοῖς καὶ τῶν πλοῦτων  
ἑσθῆσθαι, ὡς τε πῶς γλυτὸν ὀπιθυμῶσά τινα τὴν ἔργου ὄσφρα  
αὐτοὶ οἱ πολλοὶ παύσειεν) μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα.  
θύροισι δ' αὐτὸν πόλεμον πίνδε, πᾶσι οὐκ οὐκ βουλθίθετε,  
οὐκ αὐτὸν ἐλάττω γυμνοῦσθαι, εἰ σαρφρόνως πῖς αὐτὸν ἐκλογῆ  
ζοῖτο, ὡς ἔστιν ἡμῶν τῶν Πλοποννησίων, ἔστιν αὐτοῖς ἰσχυροῦς  
παρόμοιος ἡμῶν ἢ ἀλκή. ἔστι δὲ παχέων οἶόν τε ἐφ' ἕκαστα  
ἐλθεῖν, ὡς δὲ αἰθραὶ οἱ γλυτὸν ἐκάς ἔχουσι, καὶ ὡς σέ-  
πτα σαλαῶσιν ἐμπειρότατοι εἰσὶ, καὶ πῖς ἄλλοις ἀπασιν ἀ-  
εῖσαι ἐξήρτωνται, πλοῦτω τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ἑαυτοῖς,  
καὶ ἰσχυροῖς, καὶ ὀπλοῖς, καὶ ὄχλῳ, ὅσος ἐν ἑσὶ ἄλλῳ ἐνὶ γῆ χωρῶν  
Ἑλλήνων, ὅτιν' ἐπὶ καὶ ξυμμαχοῖς πολλοῖς φοροῦ ἴσπο-  
τελεῖς ἔχουσι πῶς γῆ ὡς πῶς ῥαδίως πόλεμον ἔρα-  
σται, καὶ πῖς πιστευσαντες, ἀπὸ ῥασιδίου ἐπιχθίνῳι,  
πότερον ταῖς ναυσίν, ἢ ἡσσοῖς ἐσθῆν. (εἰ δὲ μελετήσῃσθαι,  
καὶ αὐτὸν ῥασιδίου ἀσθῆσθαι, ῥασιδίου ἀσθῆσθαι) ἀλλὰ πῖς  
χρήματα; ἀλλὰ πολλὰ ἐπὶ πλέον τούτου ἐλείπεσθαι, καὶ  
οὔτε ἐν καιρῷ ἔχουσι, οὔτε ἐπίμωσιν ἐπὶ ἰδίῳ φέρουσι.  
ἔχ' αὐτοῖς ῥασιδίου ὅτι πῖς ὄπλοισι αὐτοῖς καὶ τῶν πλοῦτων  
ἑσθῆσθαι, ὡς τε πῶς γλυτὸν ὀπιθυμῶσά τινα τὴν ἔργου ὄσφρα  
αὐτοὶ οἱ πολλοὶ παύσειεν) μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα.  
θύροισι δ' αὐτὸν πόλεμον πίνδε, πᾶσι οὐκ οὐκ βουλθίθετε,  
οὐκ αὐτὸν ἐλάττω γυμνοῦσθαι, εἰ σαρφρόνως πῖς αὐτὸν ἐκλογῆ  
ζοῖτο, ὡς ἔστιν ἡμῶν τῶν Πλοποννησίων, ἔστιν αὐτοῖς ἰσχυροῦς  
παρόμοιος ἡμῶν ἢ ἀλκή. ἔστι δὲ παχέων οἶόν τε ἐφ' ἕκαστα  
ἐλθεῖν, ὡς δὲ αἰθραὶ οἱ γλυτὸν ἐκάς ἔχουσι, καὶ ὡς σέ-  
πτα σαλαῶσιν ἐμπειρότατοι εἰσὶ, καὶ πῖς ἄλλοις ἀπασιν ἀ-  
εῖσαι ἐξήρτωνται, πλοῦτω τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ἑαυτοῖς,  
καὶ ἰσχυροῖς, καὶ ὀπλοῖς, καὶ ὄχλῳ, ὅσος ἐν ἑσὶ ἄλλῳ ἐνὶ γῆ χωρῶν  
Ἑλλήνων, ὅτιν' ἐπὶ καὶ ξυμμαχοῖς πολλοῖς φοροῦ ἴσπο-  
τελεῖς ἔχουσι πῶς γῆ ὡς πῶς ῥαδίως πόλεμον ἔρα-  
σται, καὶ πῖς πιστευσαντες, ἀπὸ ῥασιδίου ἐπιχθίνῳι,  
πότερον ταῖς ναυσίν, ἢ ἡσσοῖς ἐσθῆν. (εἰ δὲ μελετήσῃσθαι,  
καὶ αὐτὸν ῥασιδίου ἀσθῆσθαι, ῥασιδίου ἀσθῆσθαι) ἀλλὰ πῖς





classẽm sustentant, plura accipiemus detrimenta quàm inferemus. Ac ne tum quidem præclare se res habebit, si bello desistamus: siquidem autores contentionis ipsius iudicabimur. Neque enim est quòd illa spe efferamur, bellum esse conquieturum si eorum agrum vastarimus: quin vereor ne illud posteris eorũ prodamus. Ita videntur Athenienses consilio & studio suo, nõ agro pẽdere, nec (quod homines rei imperiti facerent) belli impetu consternari. Neque tamen vobis autor esse volo vt socios nostros impunẽ violari propter stuporem patiamini, aut ne insidiantes coarguatis: sed vt arma quidem nondum moueatis, mittatis autem qui iniurias exoptulent, quique bellum non magnopere præ se ferant, & quæ fiunt, nos ferre nolle denuntient. Atque interiecto hoc tempore nostra comparemus, asciscendis sociis seu Græcis seu barbaris, si qua vel classis vel pecuniæ cogendæ facultas alicunde dabitur. Caret autem res inuidia, si qui insidiis petiti (vt nos Atheniensium) aduocatis vel Græcis vel barbaris sibi salutem quarant, simulque è nostris ipsis suppeditemur. Quibus si legationes nostræ persuaferint, commodè sanè: sin minus, duobus tribusve annis interiectis melius stipati, si videbitur, illos adoriemur. Ac fortasse hoc tempore, si apparatus nostrum videant, eaque audiant quæ ipsi apparatusi consentanea innuât, sese dent, quandiu & agrum habent incolumem, & de commodis præsentibus & adhuc integris consultant. Nolite enim putare aliter ab his agrum suum, quàm in obsidis loco haberi. Neque verò minus, quo is est cultior. A quo profectò, quandiu possumus, abstipere debemus, nec committere vt pace desperata sint ad expugnandum difficiliore. Etenim si sociorum criminationibus adducti illum vastatum ibimus, videte ne in dedecus & angustias Peloponnesum coniciamus. Nam ciuitatum & priuatorum controuersia dirimi possunt: bellum verò omnium consensu susceptum, quod quò sit euasurum nemini potest esse exploratum, honestè componere difficile est. Neque verò quisquam ignauia adscribat quòd multi in vnam urbem non continuo irruimus. Sunt enim illis focii qui pecuniam conferant non pauciores. Ac bellum quidem vt plurimum non armis, sed sumptibus constat, è quibus armorum vsus pendet, maxime quum à mediterraneis aduersus maritimos geritur. Ergo impensas antè prouideri oportet, non autem sociorum vocibus priu excitari: & nos iis matura prouisione præire oportet, qui in vtranque partem euentus præcipuam causam sustinebimus. Neque vos istius tarditatis & cunctationis, cuius nomine vos insimulant, pudeat. Nam quæ erunt per festinationem suscepta, ea otiose omittetis, quia imparati fueritis aggressi. Præterea urbem incolimus antiquissima libertate & gloria. In quibus potissimum considerata moderatio est posita. Soli enim hac de causa neque rebus secundis efferimur, minisque quàm alii, aduersis deicimur: neque contra quàm sentiamus ipsi illecebris eorum excitamur, qui nos in pericula laudando conantur detrudere. Quòd si quis exoptulando nos instiget, nihilo facilius credere irati solemus. Bellicosos nos & prouidos facit optima disciplina. Quorum alterum affert verecundia, cuius est cum moderatone summa coniunctio, & pudoris cum fortitudine. Prouidi verò vt simus fit, quia ad legum despicientiam minimè institui mur, & seuiore disciplina ad eã modestiam informamur, vt earum obedientiam ne reiiciamus, neque, quum singulari simus prudentia, qui hostium apparatus præclare verbis reprehendimus, re verbis dissimili inania persequamur: alios verò eadem quæ nos sentire iudicemus: rerũ autem euentus esse ancipites, de quibus nemo certum habeat dicere. Semper autem contra aduersarios ita nos comparamus, quasi recta consilia capiant. Neque enim errore, quem illos putemus commisso, nostra spes pendere debet, sed securitate consilii, quod nos mature inimus. Neque magnopere differre ab homine hominem putandum est, sed præstare eum qui ad grauissima tempora præceptis sit instructus necessariis. Hæc igitur consilia, quæ nobis maiores prodiderunt, & nos magno cum fructu semper tenuimus, ne prætermittamus, neque tumultuantes, exigua diei parte de multis capitibus hominum, de pecunia, de urbibus, de gloria, sed mature deliberemus. Quod nobis præter ceteros propter potentiam qua pollemus, licet. Et de Potidæa repetenda legatos Athenas mitte, quum præsertim parati sint iudicium accipere: qui autem ad iudicium præsto



fit, eum ius non fit pro nocente prius oppugnari. Verum parate interim bellum. Hoc nec vtilius vobis vllum, nec hostibus formidabilius consilium capere potestis.

ORATIO STHENELAI DAE.

ARGUMENTVM.

In eo confessu Lacedæmoniorum de quo diximus, Sthenelaidas, ephorum vnus, sententiam dixit, quam hac oratione complexus est Thucydides. Respondet breuiter, sed acutè & acriter, ad ea quæ fuerant dicta tum à legato Atheniensi, tum ab Archidamo: aduersus illum, de necessitate belli gerendi, quum præsertim ne Athenienses quidem diffiteatur quin pactiones violarint: aduersus hunc, de viribus ciuitatis, & omnibus belli adiumentis, de grauitate, quæ non ad moram belli necessarii, sed ad celeritatem conferenda sit. Specimen Laconicæ breuitatis cum acrimonia coniunctæ.

Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς πολλοῖς ἔφη Ἀθῆναιῶν οὐ γηνώσκω. ἐπαυτέσαντες γὰρ πολλὰ ἑαυτοῖς, οὐδαμῶδ' αὐτίπιν ὡς ἐν ἀδικούσιν τοῖς ἡμετέροις ξυμμαχοῖς, & πλεῖν Πελοπόννησον. καί τοι εἰ πῶς τοῖς Μήδοις ἐγγύοντο ἀγαθοὶ τότε, πῶς δὲ ἡμᾶς κακοὶ νῦν, διπλοσίας ζημίαις ἀξιοὶ εἶσιν, ὅτι αὐτ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγνηνται. ἡμεῖς δὲ ὄμοιοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμεν, καὶ τοῖς ξυμμαχοῖς, εἰσπαφρονῶμεν, οὐ πειλοφόμεθα ἀδικουμένοις, οὐδὲ μελλησόμεν πτωρεῖν οἷα οὐκ ἐπι μέλλοσι κακῶς πάσχειν. ἄλλοις μὲν γὰρ γρηματὰ ὄσι πολλὰ, καὶ νῆες καὶ ἵπποι ἡμῖν δὲ

ξυμμαχοὶ ἀγαθοὶ, οἷς ἔπειθε δόξα τοῖς Ἀθῆναιῶσι ὄσιν, οὐδὲ δὲ καὶ καὶ λόγοις δεκρίτεα, μὴ λόγῳ καὶ αὐτοῖς βλαπτομένοις, ἀλλὰ πρῶτον ἐν τῷ καὶ παντὶ ὄσιν, καὶ ὡς ἡμᾶς, ὥστε βουλεύεσθαι ἀδικουμένοις, μηδεὶς διδασκίτω, ἀλλὰ τοῖς μέλλοντας ἀδικεῖν, μάλλον ὥστε πολλὴν χρόνον βουλεύεσθαι. ἤφριζεθε οὐδ', ὡς Λακεδαιμόνιοι, ἀξίως τῆς Σπάρτης τὸν πόλεμον, καὶ μήτε τοῖς Ἀθῆναιῶσι εἴτε μίξοις γίγνεσθαι, μήτε τοῖς ξυμμαχοῖς καταπῶρε διδόμεν, ἀλλὰ ξυὼ τοῖς θεοῖς ὅτι μὲν ὄσι τοῖς ἀδικουμένοις.

E A D E M L A T I N E,

Iobo Veratio interprete.

Quidem quid sibi Athenienses velint cum tam verbosa oratione, non intelligo. quum enim multa de laudibus suis dixerint, nunquam tamen illud sunt inficiati, à se socios nostros & Peloponnesum violari. Atqui si se viros bonos bello illo Medico præstiterunt, nunc autem iidem in nos sunt iniurii, digni sunt qui dupli pœnâ subeant, quòd à bonis moribus in malos sunt delapsi. Nos verò nostri semper similes & illo tempore fuimus, & hoc ipso sumus: nec socios, si modò sapimus, iniquè accipi sinemus, sed his sine dilatione auxilio ibimus: quum illorum dilationem non habeant iniuria. Alii enim valent pecunia, nauibus & equitatu: nobis firmissimi sunt socii, quos Atheniensibus dedere non debemus: nec verò iudiciis verbisque decernere, qui ipsi verbis non lædamur. Quin primo quoque tempore iis succurrendum est, & viribus quantis fieri potest maximis. Neque est quòd quisquam nobis præcipiat quemadmodum nos deliberare oporteat laceffitos. Illis potius maturè deliberari opus est qui se ad iniurias inferendas comparant. Decernite igitur, Lacedæmonii, bellum, vt Spartana ciuitate dignum est: nec finite potentiam Atheniensium crescere: neque socios prodamus, sed homines infestos diis iuuantibus inuadamus.

CORINTHIORVM ORATIO.

ARGUMENTVM.

Conuentus magni habebantur Lacedæmone à ciuitatibus sociis de bello Atheniensibus inferendo, quòd ii conditionibus communis pacis non stetissent. Summus ibi erat consensus bellum decernentium: Corinthii verò, odio in Athenienses incensè, incitatos iam sua sponte socios impulerunt etiam hac sua oratione vehementius. Quum enim intelligerent, si qua esset in bello decernendo & suscipiendo mora, duabus potissimum de causis eam futuram: vel quòd satis graues tanti belli tamque calamitosi futuri causas non esse iudicarent: vel quòd vererentur vt hostium vires & apparatus adæquare ipsi possent: aduersus ea opponunt vniuersæ huius orationis membra duo, belli huius necessitatem, & copiarum firmitatem. Inculcāt tamen studiosius æquitatem causæ, quum & hæreditariam libertatem, & maiorum gloriam, patrium decus, & ignominiam subeundæ seruitutis proponunt. Eam esse causam pro qua nullæ non dimicationes vltro sint deposcendæ: eas autem vires, quæ illis metum omnem debeant eripere. Grauis sententiæ oratio.





commercium habuerunt, non necesse est admoneantur vt ab illis caueant, sed ii potius qui mediterranea nec ad mare incolunt: vt intelligant, nisi inferiora incolentibus opem ferant, difficiliorem se fructuum deuentionem, & vicissim difficiliorem perceptione eorum, quæ mare cõtinenti suppeditat, habituros. Nec debere eorũ quæ dicuntur prauis iudices esse, tãquam hæc ad ipsos nõ pertineant, sed expectare, si res orã maritimã incolentium neglexerint, aliquando calamitatem ad se peruenturam, nec de se nunc minus quàm de aliis consultare. Quo minus eos oportet esse segnes ad bellum pro pace sumendum. Nam modestorum quidem hominum est, si non laceasantur iniuria, quiescere: fortium autẽ, si laceassit fuerint, pacẽ bello mutare: eosdẽmq; re bene gesta, rursus in concordia redire: neq; bellorũ prosperitate extolli, neque quiete pacis gaudetes, pati iniuriam. Nam qui studio voluptatis ignauus est, is confestim otii sui suauitate priuari possit, si quiescat. Et qui frequenti successu in bellis vitur, hic infida ferocia se efferri non intelligit. Multa enim malè consulta, hostibus incõsultius agentibus, prospere euenerunt: & multo plura quæ bene consulta videbãtur, turpiter in cõtrariũ ceciderunt. quia nemo tali opere re exequitur quali fiducia deliberat: sed securè de futuris sentimus, cũ timore autẽ in actione deficimus. At nũc iniuriã passi nos, & multa habetes in Athenienses crimina, bellũ cõflamus: vbi istos vlti fuerimus, in tẽpore finituri. In quo nos victores fore, multis de causis credibile est: primũ, quòd hominum numero & rei militaris peritia præcellimus: deinde, quòd omnes peræ quæ ad ea quæ sunt imperata properamus. Classẽ autem qua illi præstant, parabimus, tum priuatis facultatibus pro rata parte, tum ex pecuniis Delphicis atque Olympicis. mutuati nanque pecuniã, possumus peregrinos illorum nautas maiori mercede subducere. Mercenariã enim magis quàm vernaculã sunt Atheniensium copia: quod minus in nobis cõtingit, qui plus corporibus quàm pecuniis pollemus. Quòd si vel vna nauali pugna superentur, de ipsis actum est, vt credere oportet: sin resistant, & nos diutius rem nauticam meditabimur, superiores illis futuri animi præstant: a, quum peritiam ad æqualitatem perduxerimus. Quod enim nos natura obtinemus, hoc illis nequaquam doctrina contingat: at in quo illi præstant propter scientiam, id nobis est exercitatione consequendum. Pecunias quoque quæ huic rei suppetant, conferemus. Alioqui iniquum hoc fuerit, si, quũ illorum focii pecuniis conferendis non defatigentur, quòd seruitutem seruiant, nos vt vlciscendo hostes, vnã ipsi salutem consequamur, sumptum non faciemus, & quidem ne iis per illos erepris, ob eas ipsas malè mulctemur. Adsunt præterea nobis aliæ quoque belli gerendi viæ, & in primis sollicitatio fociorum ad defectionem, res quæ illis adimat prouentus quibus præpollent, & munitionis ædificatio in eorum regionem, & alia quæ nondum quis prospiciat. Minimè enim bellum certis modis progreditur: multa ipsum per sese, præter ea quæ adsunt, commiscitur. In quo quisquis moderato versatur animo, tutior existit: quisquis irato, non minus labi consuevit. Cogitemus autem, si forent singulis nostrum de finibus ac limitibus cum paribus aduersariis lites, id debere tolerari: nunc autẽ Athenienses cũ ad vniuersos nos, tum ad oppidatim subigendos validi sunt, ita vt nisi & frequentes & per regiones ac ciuitates singulas vnòque cõsilio eis obstiterimus, haud difficulter sint nos separatim agentes oppressuri. Quorum victoriam de nobis, tamen si auditu id quoque triste sit cuiuspiam, tamen qui audit sciat nihil planè aliud afferre quàm seruitutem. Quod vel in mètẽ venisse Peloponneso turpe est: nedum *re ipsa* tot vrbes ab vna infestari. In quo videmur aut meritò huiusmodi malis affici, aut per ignauiam perpeti, degenerantes à maiorum gloria, qui Graciã liberauerunt: quum nos ne ad tutandam quidem nostram libertatem sufficiamus: sinamusque ciuitatem tyrannum in Gracia constitui, quum in vna ciuitate tyrannus vt tollatur postulare soleamus. Nec intelligimus, tribus maximis vitiis ista nõ carere, imprudentia, mollitie, negligentia. Neque enim ab istis alieni, ad contempionem deuenistis, quæ plurimis damnosa fuit: quæ quia multos pessundat, vocabulo contrario stultitia denominata est. Quanquam quid attinet quæ hæcenus gesta sunt, pluribus quàm quatenus nunc expedit, reprehendere? At futurorum causa præsentia tutantes, labores







mihi esse consulenda: æquum esse existimans, eos qui ex vobis meæ sententiæ assenti-  
 ti, iis quæ publicè decreta fuerint, si qua fortè in re offendamus, succurrere: aut, si rem  
 ex animi sententiâ geramus, prudentiâ sibi *hac in re* non vindicare. Rationi enim con-  
 sentaneum est vt euentus rerum non minus absurdè procedant quàm hominis cogi-  
 tationes. Ideoque quoties aliquid inopinatum accidit, cõsueuimus inculcare fortunam.  
 Lacedæmonios autem cum antehac insidiosos fuisse nobis, tum verò nũc insidiari pa-  
 lam est. Quippe qui ex conuentis, vbi dicitur, vtrosque de rebus controuersis offerre in-  
 uicem & admittere iudicium, obtinentes quæ tenebant, neque ipsi postularunt iudiciũ,  
 neque nos dantes receperunt, quòd videlicet bello malunt dilui crimina quàm verbis.  
 Nec iam ad id postulandum, sed ad imperandum præstò sunt, iubentes vt à Potidæa  
 decedamus, Aeginã liberã sinamus esse, decretũ in Megarenses antiquemus. Hi postre-  
 mi qui venerũt, præcipiunt vt Græcos suis legibus viuere permittamus. Nequis tamen  
 vestrũ de exigua re bellum fore arbitretur, si decretũ non antiquauerimus de Megaren-  
 sibus, quòd illi maximè prætendunt, si antiquetur, bellum non fore, ne apud vos ipsos  
 quidquã querelæ relinquatis quòd exiguã ob rem bellũ susceperitis. Nam hoc exiguũ  
 cõtinet omne vestræ authoritatis firmamentum, & vestræ sententiæ documentũ, quòd  
 si illis concesseritis, protinus aliquid aliud maius vobis imperabitur, tanquam obse-  
 quuturi sitis metu adacti. At si semel eis acriter abnueritis, planum illis facietis *par esse*  
 vt se gerant erga vos magis ex æquo. Atque hinc reputate, vobis aut obtemperandum  
 esse illis, antequam aliquid cladis accipiatis, aut (quòd mihi fatius videtur) belladũ, nullo  
 seu magno seu paruo prætextu cedentibus, nec cũ metu quæ acquisuimus possessuris.  
 Eandẽ enim affert seruitutẽ maximũ & minimũ postulatũ à paribus ante iudiciũ aliis  
 iniuctũ. Quòd autem ad bellũ attinet & ea quæ vtrĩsq; suppetũt, nos inferiores nõ futu-  
 ros cognoscite, sigillatim omnia audientes. Iam primũ Peloponneses, operarii ho-  
 mines sunt, pecuniam neque publicè neque priuatim habentes. Deinde bellorum diu-  
 tinorũ & maritimarũ imperiti: quòd breuia bella alii in alios propter inopiam iaserãt.  
 Atq; huiuscemodi homines non sæpe aut naues implere possunt, aut pedestres exerci-  
 tus emittere, quòd & ab re familiari sint absentes, & de suo absumant, & ad hæc mari  
 excludantur. Atqui bella magis sustinent facultates & copiæ quàm violentæ collatio-  
 nes: & operarii homines promptiores sunt ad bellandum corporibus quàm pecuniis:  
 certò sperantes illa quidem è periculis euasura, has autem se ante finem belli non ex-  
 hausturos esse, certum non habentes, præsertim si diuturnius opinione sua (vt credibi-  
 le est) fuerit bellum. Nanque Peloponneses & socii in vno quidem prælio pares esse  
 possunt omnibus Græcis, at impares sunt ad bellum cum instructioribus gerendum:  
 quia non vno concilio vtentes, extemplo quòd agendum est ac repente peragunt: &  
 quum in suffragiis dandis sint omnes æquales, gente dispares, suo quisque commodo  
 vacant: ex quo nihil effectum reddi suevit, aliis *bello* puniri quempiam maximè volen-  
 tibus, aliis absumi rem domesticam maximè nolentibus. Et quum in concilium post  
 longam cunctationem coeant, breui momento de rebus communibus deliberãt, ma-  
 iore temporis parte rem familiarem procurant: nemine opinante *republicam* sua v-  
 nius negligentia lædi, sed pro se cuiuspiam alteri curæ fore ista prospicere. Hoc dũ singuli  
 opinantur, latet eos, commune bonum ab omnibus perdi. Quòd autem maximum  
 est, pecuniarum inopia prohibebuntur, quum ægrè eas parantes cunctabuntur: quum  
 tamen belli occasiones nõ expectent. Neque verò aut munitio aut classis eorum digna  
 est quæ metuatur. Difficile enim est vrbi pari velin pace eam extruere, nedũ in hostico,  
 & quũ nihilo minus aduersus illos muniti simus. Quòd si locum aliquem præsidio fir-  
 marint, nocebitur quidem nobis tum excursionibus in aliquam partem agri, tum ho-  
 minum ad illos transfugitis, non tamen sufficet illa munitio ad nos prohibendos quin  
 in eorum terram nauigemus, & (quo genere antecellimus) classẽ nos defendamus. Nã  
 certè ex vsu rei naualis plus peritiæ habemus ad pugnam terrestrem, quàm ipsi ex vsu  
 militiæ terrestris ad pugnam naualem. Nec facillè rei naualis peritiã consequenti ad-  
 nam quum nos statim à bello Medico id exercentes, non tamen planè consequuti ad-  
 huc simus, quo tãdem modo viri telluris non maris cultores, & quos præterea affidua  
 classis



classis incursiones huic assuefcere prohibituræ sunt, conficiant quippiam alicuius momenti: Nam aduersus paucorum quidem imperum, quanuis imperiti, tamen freti sua multitudine, periculum fortasse capefferent: at verò aduersus multas vndique ingruentes id facere superfedebunt, ipsaque defuerudine imperitiores futuri sunt, & (quod consequens est) inertiores. Artem autem postulat, vt quidlibet aliud, res nautica, nec quæ temporum succisuius contingat, sed potius in qua exercèda nihil succisui temporis relinquitur. Quòd si amota Olympiacorum aut è Delpis pecunia, sollicitent maiore mercede ita ut peregrinos à nobis conductos, id verò graue foret, si nos quidem eis pares nò essemus, ingressi autem naues essent tum ipsi, tum inquilini: nunc autem & istud nobis suppetit, quòdque validissimum est, gubernatores habemus nostros populares, aliosque administratos, & plures & meliores quàm reliqua omnis Græcia. Nec verò ob periculum quisquam externorum militum in animum induxerit & à patria sua exulare, & cum minore simul spe *victoriae vel salutis*, ob maius paucorum dierum stipendium illis auxiliari. Ac res quidem Peloponnesiorum mihi tales & similes esse videntur: at nostræ, & his quæ in illis reprehendi, vacare, & alia multo maiora habere. Qui si nostram regionem terra inuaserint, nos illorum vicissim, mari inuademus, non ex æquo futura iactura, nobis partem Peloponnesi vastantibus, & illis totam Atticam: quoniam non alia superest illis regio quam citra pugnam alterius vice occupent, vt nobis, qui multum præterea terræ & in insulis & in continente obtinemus. Magna enim res est maris imperium. In quo animaduertite. Si enim insulani essemus, qui minus essent expugnabiles? Cui rei nunc animo proximè accedentes, debemus terram cum domibus pro relicta habere, maris autem ac vrbs custodiam agere: nec cum Peloponnesibus eo nomine irati, qui multo sunt plures, conferere pugnam. Qui si superiores euaserimus, rursus cum haud paucioribus pugnabimus: siquam autem in pugna cladem acceperimus, subsidia ex sociis, vnde nostrum robur existit, vnà perierint. Neque enim Peloponnesi quiescent iam, nobis ad se cum exercitu inuadendos inualidis. Nec villas & agros qui amittuntur, decet nos deplorare, sed corpora. Nò enim possessiones viros, sed viri possessiones nanciscuntur. Atque adeo si crederem me vobis persuasurum, suaderem vt ipsi ad illas vastandas procederetis, ostenderetisque Peloponnesibus vos eis ob istas non esse obtemperaturos. Alia insuper multa habeo quibus victoriæ vobis spem faciam, si volueritis & imperium non comparare, dum bellum *hoc* geretis, & pericula voluntaria nò adicere. Nam magis vereor domestica nostrorum peccata quàm aduersariorum cogitata. Verùm ista quæ sint, alia oratione, quum tempus rerum agendarum aderit, à me explicabuntur. Nunc autem legatos cum hoc responso dimittamus, Megarensibus nos non interdiceret foro & portibus, dum & Lacedæmonii non interdicanit vsu vrbs suæ peregrinis nobis sociisque nostris. Quia sicut illud quod ipsi faciunt, ita quod nos, non prohibetur in fœderibus seruandis: ciuitates quoque liberas finire, si modò liberas, quum fœdera inita sunt, habuimus: & si illi ciuitatibus suis redant vt sic liberae sint, ne in republica administranda instituta Laconica sectentur, sed suis legibus viuant, & pro suo quæque arbitratu. Quinetiam velle nos iudicia subire ex fœdere: nec bellum moturos, sed motum nobis propulsaturos. Hæc enim sunt iusta pariter & decora huic ciuitati quæ respondeantur. Simulque nos intelligere oportet, necesse esse bellum geri: quod si voluntarii potius susceperimus, minus infestum hostem habebimus: & è maximis quibusque periculis maxima perinde operæpretia & publicè & priuatim sequutura. Itaque patres nostri Medis obuiam euntes, non ex tanto quanto nos sumus præditi imperio, imò relictis rebus quas possidebant, & consilio potius quàm fortuna, & præfidètia maiore quàm viribus, barbarum repulerunt, & hucusque imperii progressi sunt. Quod nequaquam deferere debemus, sed omni ope & hostibus resistere, & conari vt hoc posteris non imbecillius tradamus.

ORATIO ARCHIDAMI.

ARGUMENTVM.

Comparato bello à Lacedæmoniis & fociis Peloponnensibus aduersus Athenienfes(cuius femina antè habuimus)& contractis in vnum copiis,Archidamus rex Lacedæmoniorum,qui illius belli summam obtineret,conuocauit sociorum proceres, eoque,quum conuenissent,hac oratione hortatus est, vt pro se quisque suas partes in eo bello susciperent,& fortiter tuerentur.Fiduciam,quam ex ingenti sua multitudine concipere poterant,conatur iis extorquere.Nullum esse hostem negligendum,nedum Atheniensem,qui & belli gloria & viribus præstaret.In bello gerendo fortitudinem esse adhibendam & cautionem:remouendam ignauiam.

Ἄνδρες Πελοποννήσιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν πολλὰς στρατείας καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Πελοποννήσῳ καὶ ἔξω ἐπιήσαντο, καὶ ἡμῶν αὐτῶν οἱ παρῆσαντες ἐν ἀπειροὶ πολέμων εἰσὶν ὄμνος δὲ τῆς δὲ ἔγω μείζονα ἀποσκευῶν ἔχοντες ἐξήλθομεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πόλιν διωαπυτά τιμω ἐρχόμεθα, καὶ αὐτοὶ πλείστοι καὶ ἄριστοι στρατιῶτες, δίκαιον οὐκ ἡμᾶς μὴτε τῶν πατέρων χεῖροι φαίνεσθαι, μὴτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐνδεετέροις. ἢ γὰρ ἑλλαίς πάντα τῆσδε τῆ ὀρμῆ ἐπιήρται, καὶ παρῆσαντες πῶ γινώσκω, δύνοισιν ἔχουσα, εἴθε τὸ Ἀθηνάων ἐχθρὸς, παρῆσαντες ἡμᾶς ἀποπνεύμεν, οὐκοῦν χεῖρ, εἴτω καὶ δοκούμεν πλείθει ὑπὲρ πόλιν, καὶ ἀσφάλεια πολλὴ ἐστὶ μὴ αὐτὸν εἶναι τοῖς ἐναντίοις ἡμῶν εἰς μάχης, τούτων ἕνεκα ἀμελέστερον ἢ παρεσκευασμένους χωρεῖν, ἀλλὰ καὶ πόλεως ἐκάστης ἡγεμόνα καὶ στρατιώτην τὸ κατὰ αὐτὸν αἰεὶ παρῆσαντες ἐς κίνδυνόν τινα ἵξεν. ἀδελφοὶ γὰρ τὰ τῶν πολέμων, καὶ εἰς ὀλίγου τὰ πολλὰ, καὶ δὲ ὀργῆς αἰ ὑπὲρ πόλιν γίνονται, πολλὰ μὲν τε τὸ ἔλαστον πλήθος δεδιός, ἀμείνον ἡμῶν αὐτοῖς πλείονας, εἴθε τὸ κατὰ φρονουῶντας ἀποσκευασμένους ἡμᾶς, χεῖρ ἢ αἰεὶ ἐν τῇ πολέμῳ, τῇ μὲν γινώσκω παρῆσαντες στρατιῶν.

τῶν δὲ ἔργῳ, δεδιότας παρεσκευασμένους. οὕτω γὰρ παρῆσαντες τὸ ὑπὲρ πόλιν εἶναι τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς αἰεὶ ἐν, παρῆσαντες τὸ ὑπὲρ πόλιν ἀσφαλές, καὶ ἡμᾶς δὲ οὐκ ἔστιν ἀδύνατον ἀμείνωσθαι οὕτω πόλιν ἐρχόμεθα, ἀλλὰ τοῖς πᾶσιν ἄριστοι παρεσκευασμένοι, ὡς τε χεῖρ καὶ πᾶσι ἐλλείπειν εἰς μάχης ἵεσθαι αὐτοῖς, εἰ μὴ ἐν νύκτι ὀρμυται, ἐν ὧ ἔγω παρῆσαντες, ἀλλ' ὅταν ἐν τῇ γῆ ὀρῶσιν ἡμᾶς δηλοῦνται, τε καὶ τῶν κείνων φθείροντας, πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὀμμοῖσι καὶ ἐν τῇ παρῆσαντες ὄραν παρῆσαντες πᾶσι, ὄργῃ παρῆσαντες καὶ οἱ λογισμῶν ἐλάττω χεῖροι, θυμῶν πλείονας ἐς ἔργον κατῆσανται. Ἀθηνάων δὲ καὶ πλείον πᾶσι ἄλλων εἰκὸς εὖτε δοῦσιν, οἱ ἄρχοντες τῶν ἄλλων ἀλλ' οὐκ ἔστι, ἢ ὑπὲρ πόλιν πέλας δηλοῦν μᾶλλον ἢ τῶν αὐτῶν ὄραν. ὡς οὐκ ἔστιν ὅταν τῶν πόλιν στρατιῶτες, καὶ μετῆσαντες εἰς αὐτοῖς τοῖς τε παρῆσαντες καὶ ἡμῶν αὐτοῖς, ἐπὶ ἀμφοτέρω ἐκ τῶν ἀποσκευασμένων, ἐπεὶ ὅτι αὐτοῖς ἡγήται, κόσμον καὶ φυλακὴν παρῆσαντες ποιούμενοι, καὶ τὰ ἀποσκευασμένα ὀξείως δεχόμενοι, κάλλιστον γὰρ πόδε καὶ ἀσφαλές, πολλοὺς ὄντας ἐνὶ κόσμῳ χεῖροι φαίνεσθαι.

E A D E M L A T I N E E X I N T E R P R E T A T I O N E Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

Viri Peloponnenses ac focii, & nostri maiores multas expeditiones tum in ipsa Peloponneso, tum extra eam sumpserunt, & ii qui ex nobis ipsi sunt profectione ætate, haud inexperi sanè sunt rei bellicæ: nunquam tamen maiorem habentes apparatus belli processimus. Verùm nunc aduersus validissimam pergimus ciuitatem, & ipsi plurimi & fortissimi militâtes. AEquum est igitur nos neque patribus deteriores videri, neque nostra ipforum gloria inferiores. Omnis enim Græcia ad hunc motum animo erecta est & attenta, votâque facit propter Atheniensem odium, vt nobis ex sententia eueniat. Itaque non est faciendum vt, etiam si cui videmur permulti in hostem ire, ac magna fiducia esse illum non proditurum ad conferendum nobiscum prælium, idcirco aliquid de apparatu belli remittatur: sed vnusquisque & dux suæ ciuitatis, & miles, semper expectet in aliquod sibi discrimen per sese esse veniendum. Anceps enim conditio est bellorum, & ex paruo fiunt multa, & cum indignatione confligitur. Ac sæpe minor manus dū metuit, maiorè præ cōtemptu parū instructâ profligauit. Oportet autè in hostili terra militâtes, animo quidè esse præstati, ad ré verò gerendâ cū metu se præparare. Ita nanq; & ad inuadendū hostem præpūssimi fuerint, & ad propulsandum tutissimi. Neque verò aduersus ciuitatem nos tēdimus ita inualidam ad se vliscendam, sed omnibus quam maximè rebus instructam: vt omnino credendum sit eos in certamen esse venturos, et si minus nunc sese mouent, quū nondū sub aspectum venimus: at certè quū viderint nos in suis finibus agētes hostiliter, ac cuncta vastantes, tunc se moturos esse. Omnes enim qui ante suos oculos subitò insolitum quippiam pa-









λίθη οὐδ' ὀππὴ γ' ἰσθμὸς πῶς ἔσονται· καὶ τῆ πόλει διχόθεν,  
 ἔκ τε πῶς μὴ ἐρημοῦσθαι, & ἀσφαλεία ζῴωσιν. οὐ γὰρ οἷόν  
 π' ἴσται πῆ δὲ δίκαιον βουλεύεσθαι, οἷ αὐ μὴ καὶ παῖδας ἐκ  
 πῶ οὐσίον ὡς βαλλομένοι κινδυνώσασιν. ὅσοι δ' αὐ πει-  
 ρηθεῖσιν, πῶν τε πλείονα, κέρδος δὲ, ἀπυχεῖτε βίον, ἠγείσθε  
 καὶ τὸν δὲ βραχὺν ἔσονται, καὶ τῆ πῶ δὲ ἀκλεία κωφίξε-  
 σθε. τὸ γὰρ φιλόζυμον ἀγῆρων μόνον ἔχει ἐν τῇ ἀρχῇ, ἢ ἡ-  
 λικίας, τὸ κερταίμεν, ὡς πέρ πινες φασι, μᾶλλον τέρπει, ἀμὰ  
 τὸ πῶ δὲ παύσεται, παύσεται αὐ ὅσοι πῶ δὲ πάρεσι, ἢ ἀδελφοῖς,  
 ὁ μὲν γὰρ πῶν ἀγῆρων, τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἀπας εἴωθεν ἐπα-  
 γείν, καὶ μάλιστα αὐ καὶ ὑπερβολῶς ἀρετῆς οὐχ ὁμοιοῦσιν  
 ὁλίγη χεῖρ κριθεῖσιν τε, φθόνος γὰρ τῶς ζῶσι, ὡς πῶν ἀ-  
 πῶ οὐ πῶ δὲ μὴ ἐμποδῶν ἀνοταγωνίως ἄνοια πέπυμ-

τα· εἰ δέ με δεῖ καὶ ζωαμίας, ἢ ἀρετῆς, ὅσα γὰρ ἐν χι-  
 ρεία ἔσονται, μηδ' ἄλλω, βραχίαια παραμένει ἀπαι σημα-  
 νῶ. τῆς τε γὰρ ὑπερχειρῆς φύσεως, μὴ χεῖρος γῆρας, ἢ  
 ὑμῖν μεγάλη ἢ δόξα, καὶ οἷς αὐ ἐπ' ἐλαχιστον ἀρετῆς πῶ-  
 εἰ ἢ ἴσται ἐν τῶς ἀρετῆς κλέος ἢ. εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ  
 καὶ τὸν νόμον ὅσα εἴχον ἀρετῆς καὶ ἔργῳ, οἷ δαίμων  
 νοι, πῶ μὲν, ἢ δὴ κεκόσμιωται, ἔκ δὲ, αὐ τῶν τῶς παῖδας τὸ  
 δαπὸ τῶς δημοσίας ἢ πόλις μάλιστα ἢ εἰς ἀρετῆς, ὡφέλι-  
 μον εἴφανον τῶς δὲ τε καὶ τῶς λειτουργοῖς πῶ τῶν δὲ ἀ-  
 γῶντων ἀρετῆς. ἀθλα γὰρ οἷς κίεται ἀρετῆς μάλιστα,  
 τῶς δὲ καὶ αὐ ἀρετῆς ἀρετῆς πολιτῶν. οὐδὲ δὲ ἀποφουε-  
 μένοι οὐ ἀρετῆς καὶ εἰς τῶ, ἀπῶ.

## E ADEM LATINE EX INTERPRETA-

tione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano  
 nonnullis in locis recognita.

**M** Vlti quidem eorum qui ex hoc hactenus loco verba fecerūt, laudant eum qui  
 adiecit legi hanc orationem *funebrem*, vt quam de iis qui morte obita in bello  
 sepelirentur, pulchrum esset haberi. Mihi verò satis esse videretur, hominum  
 qui re præstantes extiterunt, de iisdem honores declarari, qualia circa bustum hoc pu-  
 blicè instructum conspiciatis: nec in vno viro multorum virtutes periclitari debere, vt  
 siue bene siue malè dicat, ei fides habeatur. Arduum enim, in dicèdo seruare tempera-  
 mentum in ea re in qua vix etiam veritatis opinio stabiliri potest. Nam auditor qui &  
 re agnoscit, & hominem diligit, aliquid ferè & opinione & voluntate sua inferius dictū  
 existimat: qui verò inexpertus est, is, propter inuidiam, quicquid supra suum captum  
 audit, ait supergressum esse veritatem. Eatenusque tolerabiles sunt alienæ laudes, quate-  
 nus seipsum quisque parem arbitratur alicui illarum assequendæ: quibus verò imparem,  
 iis inuidet, fidemque non habet. Verùm quando quidem maiores nostri hæc bene cõ-  
 parata esse censuerunt, oportet me quoque, legi obsequentem, ad vestram singulorum  
 & voluntatem & opinionem, quam plurimum potero, accommodare orationem, sum-  
 pto à progenitoribus initio. AEquum enim simul ac decorum est, hac in re honorem  
 hunc commemorationis tribui, qui regionem istam iisdem semper incolentes, posteris  
 ad hoc tempus liberam sua virtute tradiderunt. Et cum illi laude digni sunt, tum vel  
 magis patres nostri, qui ad ea quæ acceperant, hoc quantumcunque habemus impe-  
 rium adicientes, non sine labore partum, nobis qui nunc sumus reliquerūt: maiorem  
 verò eius *imperii* partem ipsimet qui superstites sumus, præcipuè integra ætate, propa-  
 gauimus, & patriam omnibus quæ vel ad pacem vel ad bellum pertinent instruximus  
 atque ornauimus. Ex quibus ego res bellicas, quibus parta sunt omnia, vel à nobis vel  
 à patribus nostris strenuè gestas, in propulsandis bellis à barbaro vel à Græcia illatis,  
 omitto, nolens longus esse apud scientes. At quo studio huc euasimus, & qua reip. admi-  
 nistratione, quibusve artibus propagatum imperium est, quum demonstraro, ad hos lau-  
 dandos accedam: existimans nec alienum esse hoc tempore ista memorari, nec inutile  
 ab omni coetu ciuium pariter hospitumque; audiri. Fungimur enim ea reip. administra-  
 tione quæ aliarum leges non sectetur ciuitatum, ipsi potius alteri exemplar quàm alie-  
 na imitatæ: & nomine quidem, propterea quòd non ad paucorum sed ad complurium  
 cõmodū eā gerimus, *democratia* vocatur: sed omnes, quantū quidè ad leges attinet, iu-  
 ris æquabilitate fruuntur, in rebus ad se priuatim pertinētibus. Quātū autè ad dignitatē,  
 vt quisque in re aliqua spectatus est, non ex parte ciuium potius quàm ex virtute ad rep.  
 gerendā præfertur: neque propter paupertatē, quis quominus publico munere fungatur,  
 dūmodo patriæ prodesse possit, dignitatis inopia prohibetur. Ingenuè verò & in reip.  
 administratione & in mutua quotidianarū actionū suspicione versamur, nō succēsen-  
 tes aliis quòd animo suo aliqua in re obsequatur, nec innocios quidè, sed aspectu tristes  
 dolores assumētes. Verùm priuatæ negotia inter nos absque molestia agitamur: in iis quæ  
 ad rep. spectāt, propter metū minimè præuaricamur, tum iis obtemperando qui sunt

in magistratu, tum verò legibus, iisque præcipuè quæ vel in auxiliũ læforum læta sunt, vel quæ quum scriptæ non sint, euidentem ignominiam irrogant. Iam verò laboribus plurimas animi remissiones indulgemus, sacra certamina anniuersariãq; sacrificia cū decenti priuatorum apparatu interponentes, quorum quotidiana delectatio tristitiam discutit. Importantur huc, propter magnitudinem ciuitatis, ex omnibus terris omnia, euenitque nobis vt non magis huic natiuis bonis fruamur quàm iis quæ sunt apud alios homines. In studiis autem rei bellicæ hinc quoq; differimus ab hostibus, quòd hæc urbem omnibus communem exhibemus, nullis expulsionibus hospitiũ quempiã vel discere vel spectare prohibentes, quasi hæc non occultata, sint profutura hosti, si viderit. Neque magis aut apparatui bellico aut fraudibus confidimus quàm nostræ ad res gerendas animi præstantiæ. Apud quosdam in disciplinis iuuenes ab incute stultitiam atate virile robur laboriosa exercitatione nanciscuntur: nos autem, qui iam remissius viuimus, nihilo tamen segnius hostilia discrimina adimus. Cuius rei signũ est, quòd neque Lacedæmonii per se tantum, sed cum omnibus terram nostram inuadunt: at ipsi per nosmet finitimorum fines ingressi, eos qui domi sua tuebãtur, haud difficulter perunque subegimus. Adeo nemo hostium vnquam aduersus vniuersas nostras copias ferre se ausus est, tũ propter nostrum rei nauticæ studium, tum propter copias quas in diuersa terrarum loca dimittimus. Quòd si vsquam cum aliqua particula *nostrarum copiarum* manum conferuerint, superatis aliquibus nostrum, omnes pulsos esse gloriantur: sin victi fuerint, ab vniuersis victos esse se *predicant*. Quanquam si quiete potius quàm laborum assiduitate, nec legibus magis quàm generosis moribus periclitari velimus, satius est nobis non defatigari ærumnis antequam veniant: & quum tempus est illas subeundi, videri subire non minus strenuè quàm ii qui semper in ærumnis agunt. *Licet* hinc quoque ciuitatem istam admiratione dignam sicut in cæteris cognoscere, quòd elegantia quidem studemus cum parsimonia, philosophamur autem, *id est, inopiam toleramus*, citra animi enervationem: diuitiisq; vitmur potius in rerum gerendarum opportunitate quàm cum verborum iactantia. Egestatem suam nulli fateri deforme est: deforme, vt eam deuitet non anniti. Adest præterea eisdem hominibus suarum simul & communium rerum cura, & iis qui rebus agendis incumbunt, nõ minor de reipublicæ statu notitia. Soli enim nos eum qui nihil rationis cum republica habet, non ciuem otiosum, sed inutilem arbitramur. Iidem res rectè iudicamus, aut animo concipimus, non existimantes orationem iis rebus officere, sed potius, non doceri illas sicut oportet priusquam exequaris. Nam hoc quoque egregium habemus, quòd iidem præcipuè in iis quæ aggredimur, & audacia vitmur & consilio: quum aliis incertitia fiduciam, ratio cunctationem afferat. Præstantissimo autem animo præditi meritò iudicentur qui & dura simul apertissimè ac iucunda cognoscunt, & ob id à periculis se non subtrahunt. In iis etiam quæ ad virtutem pertinent, à vulgo discrepamus: quippe qui non accipiendis sed dandis beneficiis amicos comparamus. Quoniam meliore conditione est qui bene facit, peiore cui bene fit: quum ille quod fecit tueri debeat beneuolentia, hic sciat se in dando non gratificaturum, sed gratiam redditurum. Iidem soli, emolumentum magis quàm liberalitatis fideliter exercendæ ratione habita, aliis magnificè gratificamur. Atque (vt semel dicam) videtur mihi hæc ciuitas tum in totum, esse Græciæ magisterium, tum per singulos viros corpus ad plurima rerum genera idoneum exhibere, cum gratia præcipuè & venustate. Et quòd hæc impræsentiarum non orationis iactatione magis quàm rerum veritate nitantur, hæc urbis potentia quam his artibus parauimus, est documento: quæ sola omnium earum quæ nunc sunt, fama sui (vt experimento constat) maior est: sola quæ nec hosti occurrens, irascitur ob acceptam ab illo cladem, neque à subiectis malè audit, tanquam indigna quæ dominetur. Neque nullis potentiam nostram, sed vel maximis testificamur iudiciis, futuri præsentibus venturisque miraculo: nec desiderantes aut Homerum præconem, aut quisquis in præsens carminibus mulceat, quum opinionem rerum gestarum veritas refellat. Sed omnia maria, omnèsque terras nostra audacia peruias fecimus, vbi bique bonorum malorumque separatim monumenta collocantes. Pro hac igitur ciuitate & isti, quia indignum ducebant eam sibi eripi, generosè præliantes occubuerunt, &



 defectionis occasio. Quod in nobis Atheniensibusque non fuit: nec cuiquam peiores  
 esse videamur, si à quibus in pace honestati sumus, ab iis inter aduersa desciscimus. De  
 iure nanque ac virtute, quum præsertim societatem precemur, verba faciemus: scientes  
 neque amicitiam inter priuatos initam, esse stabilem, neque confortium inter ciuitates  
 aliquid pollere, nisi mutua opinio intercedat virtutis, & circa cætera morum vitæque  
 consensio. Quippe discordibus in mentibus differentia consistit adtionum. Enimvero  
 inter nos Atheniensibusque societas incepta est, quum vos quidem post Medicum bellum  
 nos deseruissetis, illi autem ad reliquas res agendas permansissent. Quam tamen nos  
 societatem non contraximus ad subigendos Atheniensibus Græcos, sed à Medorum  
 seruitute eximendos, & eousq; illos sumus prompto animo sequuti quoad æquo iure  
 præfuerunt: at vbi animaduertimus eos illam quidē cum Medo simultatem remissius  
 exercere, ad sociorum autem subiugationem contendere, iam nõ sine timore fuimus.  
 Sed quia non licuit ad vim propulsandam sociis in vnum conuenire, propter multitu-



dinem consultantium, omnes, præter nos & Chios, in seruitutem redacti sunt: qui nostri scilicet iuris eramus, & liberi, nomine *quidem certè*, vnà militauimus, nequaquam pro fidelibus eos ducibus habentes, sumpto ex superioribus factis exemplo. Neque enim credibile erat, quum illos subegissent quibuscum foedus vnà nobiscum inierant, non idem eos in cæteros foederatos, si quando facultas afforet, esse facturos. Quòd si nostri adhuc iuris essemus omnes, plus eis fidei haberemus, eos nihil noui molituros: quum verò pleròq; sociorū subegerint, eos credibile erat indignius esse laturos, se pari nobiscum iure agitare, & quum maior pars iam illis cedat, nos solos etiam nunc ex æquari: & eo etiam magis quòd illi quidem potentiores quàm antea euadunt, nos autem desertiores. Ad societatem autem nihil aliud fidelem facit quàm mutuus metus. Nam qui præuaricari quippiam vult, nisi alteri viribus præstet, ab eo inuadendo deterretur. Et nos nulla alia causa liberi ab illis relictī sumus, quàm quòd illis circa imperium, honesto quodam prætextu, & ingenii magis quàm virium conatu, res obtineri posse videbantur: simulque vt hoc testimonio vterentur, nisi aliquid peccassent ii contra quos arma ferrent, non fuisse militaturos vnà socios qui idem haberent autoritatis. Vnde factū est vt & maximas primū vires aduersus infirmissimum quenque colligerent, ac paulatim sublatis aliis, extrema quæ relinquebantur haberent infirmiora. Quòd si à nobis cœpissent, omnibus adhuc suas vires, & vbi consistere oporteret, habentibus, haud similiter subegissent. Quibus nonnihil etiam timoris incutiebat classis nostra, ne in vnum coacta, & aut vobis aut alicui alteri se applicans, periculum eis crearet. Iam verò etiam ex obseruantia reip. ipsorum, & singulorum qui perpetuis vicibus in honoribus constituti essent, euasimus: nec tamen diu videbamur posse *euadere*, nisi conflatum esset hoc bellum, vt videre licet ex aliorum exemplo. Quænam igitur hæc amicitia extitit, aut quæ fida libertas, in qua præter animi sententiam alteri alteros recipiebamus? Et illi quidem nobis in bello præ timore blâdiebantur, nos autem illis vicissim, rebus pacatis: quòdque aliis beneuolentia, id nobis timor stabile, fidum, firmū præstitit. Itaque metu magis quàm amicitia in societate perstitimus: & vtrius citius securitas sui præbuisset audaciam, ii priores ad præuaricandum futuri fuerunt. Quòd sicui videmur iniurii propter eorum in nocēdo cunctationē, quòd priores defecimus, nō præstolantes dum planè cognosceremus siquid illi nocerent: is non rectè considerat. Nam si ex æquo valuissemus & tendere illis insidias vicissim & cunctari, quid attinebat nos eis pares, sub ipsis esse: Quum verò semper penes illos facultas esset hæc tentandi, penes nos hoc esse decuit vt periculū antè caueremus. Has nos quum haberemus, Lacedæmonii ac socii, rationes causasque, defecimus, & apertas audientibus ad cognoscendum nos rectè fecisse, & validas ad nos perterrendos, vt ad aliquod præsidium cōuerteremur. Quod nos olim iam facere volentes, etiam in pace, missis ad vos qui de defectione agerent, tunc vobis respicientibus, facere prohibiti sumus: at nunc Bœotis prouocantibus, confestim obtemperauimus. existimantes duplicem hanc esse defectionem, vnā, ne stantes ab Atheniensibus, Græciam opprimamus, sed eam in libertatem asseramus: alteram, ne ipsi in posterum ab illis profligemur, sed antè faciamus. Et hæc quidem defectio citius extitit, atque imparata. Quo magis oportet vos socios, receptis nobis, quam celerimē subuenire, vt declaretis vos eodem tempore & eos tutari quos debetis, & hostibus obesse. Ad quod adest oportunitas tanta quanta nondum vlla: siquidem & morbo consumpti sunt Athenienses & sumptibus, nauis que eorum partim circa oram vestram agitant, partim aduersus nos instructæ sunt: vt credibile non sit eos abundaturos classe, si vos æstate hæc nauibus pariter ac peditatu rursus eos inuadatis: sed aut vos classe inuadentes, ab illis non propulsabimini, aut illi ab vtrisque discedent. Neque verò quispiam existimet pro peregrina se terra domesticum aditurum esse periculum. Cui enim procul abesse videtur Lesbos, huic illa vtilitatem è propinquo præstabit. Nam nō in Attica bellum erit, (quemadmodum aliquis putat) sed illic vnde Attica sumit emolumentum. Est autem illi pecuniarum proventus à sociis, eritque etiam maior, si nos in potestatem redegerint: quoniam neque alius deficiet, & nostra, illorum fient, ac duriora nos patiemur quàm qui iam pridem seruiuerunt. Quòd si nobis impigrè vos auxilium tuleritis, tum ciuitatem accipietis præditatæ magna classe,

cuius in primis vos indigetis: tum Athenienses facilius destruetis, subtrahentes eorum focios (quippe quum quisque sit audacius desciturus:) tum eam quæ vos premit, effugietis inuidiam, non opitulandi iis qui ad vos desciscunt. Si autem vos illorum liberatores ostenderitis, vires belli firmiores habebitis. Erubescetes igitur frustrari Græcorum de vobis spes, erubescetes etiam Iouem Olympium (cuius in templo æquæ ac supplices sedemus) protegite Mitylenæos, inita cum eis societate: nec prodere velitis eos qui priuato quidem corporum periculo sunt expositi, sed communē omnibus, si rectè succedat, vtilitatem sunt allaturi: communiorēque perniciem, si cadamus, vobis non persuasis. Estote igitur viri quales & Græci vos censent esse, & nostra necessitas desiderat.

### TEVTIAPLI ELEI ORATIO.

ARGUMENTVM.

Capta ab Atheniensibus Mitylene, Pelopōnesii, qui ad illius defectionem cum classe missi fuerant, & propter cunctationem suam illi defuerant, deliberant ex re ipsa quid sibi factū opus sit. Teutiaplus Eleus autor est recuperandæ Mitylenes. Possē enim improuiso aduentu fidentes & incautos Athenienses opprimi.

**Α** Λίδια, καὶ Πελοποννησίων ὅσοι παρῆσαν ἀρχόντες τῆς στρατίας, ἐμοὶ δοκεῖ πλεῖν ἡμῶν ὅτι Μιτυλησίω, τῶν ἐν πόλει γινόμενων ὡς πρὸς ἡμεῖς, καὶ γὰρ τὸ εἶδος, ἀνδρῶν νεωστὶ πόλιν ἐχόντων, πολὺ τὸ ἀφύλακτον θύρησι δὲ καὶ ἡδὲ θάλασσαν καὶ τῆν, ἢ οἰκῆνοί τε ἀέλιπτοι ὅτι γενέσθαι αὐτῶν σφίσι πολέμου, καὶ ἡμῶν ἢ ἀλλή τὴν γαίης μάλιστ' οὐσα. εἶδος δὲ καὶ τὸ πᾶσιν αὐτῶν κατ' οἰκίας ἀ-

μελέτρον, ὡς κεραικῶν, διεσπείσθαι. εἰ οὐκ ἔσθαι σπιδρῶν ἀφ' ἧς τε καὶ νυκτὸς, ἐλπίζω μετὰ τῶν ἐν πόλει ἄρα ἡμῶν ὅτι ἐπιτοίχοις δύνοισι) καὶ ταλιφθῆσθαι ἀπὸ τῶν πειρασμάτων καὶ μὴ ἀποκνήσθαι τὸν κίνδυνον, νομίματα ἐν ἄλλο πᾶσι τὸ κεραικὸν τὸ πολέμου ἢ τὸ τοῦτον ὅτι εἰς στρατηγὸς ἐν τε αὐτῶν φυλάσσειτο, καὶ τοῖς πολεμοῖς ἐν τῶν ὅτι χροῖν, πλεῖς ἀπὸ ὄρθητο.

### E ADEM LATINE, EX INTERPRETA-

tione Laurentii Vallæ.

**A** Licida, cæterique collegæ mei qui adestis, Peloponnesium duces, mihi videntur nobis Mitylenen esse nauigandum, antequam aduentus noster diuulgetur. Offendemus enim (vt credibile est) pleraque incustodita apud homines vrbe recens potitos: præcipuēque à mari, qua ex parte nec ipsi hostium quempiam venturum suspicantur, & nos maximè validi sumus. Credibile quoque est eorum peditatum, vt in victoria, negligentius agere, & per hospitia dispersum esse. In quem si & repentino & noctu irruamus, spero fore vt cum iis qui intus sunt, si quis superest nostri studiosus, optata consequamur. Neque nos periculi pigeat, existimantes nihil aliud in bello quàm ex huiusmodi rebus accidere nouitatis. Hoc si quis dux & intra se seruet, & in hoste obseruas, illum adoriatur, plerunque compos est voti.

### CLEONIS ORATIO.

ARGUMENTVM.

Athenienses duce Pachete potiti Mitylene, deliberabant domi quomodo defectionem eorum vindicarent. Ac primæ quidem concionis decretum fuerat, quo puberes omnes necabantur: reliqua multitudo sub corona venum ibat. Fuerantque missi, qui hoc populi scitum ad Pachetem perferrent. Postridie quum poenitentia moti, seueriores se fuisse confiterentur: factumque esset per quosdam Mitylenæorum fautores vt de integro populus in suffragia mitteretur: Cleon Atheniensis, qui dicēdo apud populum multum posset, idēque esset Mitylenæis infestissimus, atque autor cruenti illius decreti antea extitisset, suasis hac oratione, item vt antè capitalem animaduersionem in Mitylenæos. In hac inuehitur grauiter in populi leuitatem, qui minimis momentis impelleretur in partes contrarias, & de recta sententia repente abduceretur. R. eprehendit inane fermocinandi studium, quo illi capti aliud ex alio sentire, appetere, dicere solerent. Inde ingreditur in sententiæ suæ expositionem: factum Mitylenæorum variè exaggerat: postremò im punitatis periculum, si ea illis concedatur, ostendit.

**Π** Ομάκεις μὲν ἤδη ἔρχεσθαι καὶ ἄλλοτε ἔργων δημοκρατίαν, ὅτι ἀδυνάτεος ὅτι ἐτέρων ἀρχῶν, μάλιστ' ἐν

τῇ νῦν ὑμετέρᾳ πρὸς Μιτυλησίω, μεταμεινεία. δὲ γὰρ τὸ καὶ ἡμέραν ἀδέες καὶ ἀντιβουλήσθαι πρὸς ἀλλήλους.





ζητότεροι οὐ διαφύγοντες ἢ δὲ ὅτι θελθυσάντων φανῶσιν  
 ἐν θυμῷ δέντες ἀεὶ κὼς λῶ αὐτοῖς ποιῶσαι κρατήσαντας ὑ-  
 μῶν, ἀλλως τε καὶ περὶ παρῆσαντας ἀδίκιας, μάλιστα δὲ  
 οἱ μὴ ζῶντες περὶ πάντων κακῶς ποιοῦντες ἐπιξέρονται  
 καὶ διόλλονται, πῶν κίνδυνον ὑφορώμενοι τῷ ὑπολείπε-  
 του ἐχθροῦ, ὃ γὰρ μὴ ζῶν ἀνάγκη πῶ παθῶν, χαλεπώτερος  
 διαφύξιν τῷ ἄπο τῆς ἰσῆς ἐχθροῦ, μὴ οὐκ ἔσται γῆνη  
 δευτέρῳ αὐτῶν, γῆνη δὲ ὅτι ἐξ ὑπὸ ταῖς τῆ γῆνη τῶ πα

οῦν, καὶ ὡς περὶ πάντων ἀνὲρ ἐπιμήσαδε αὐτοῖς χερῶσιν αὐ-  
 νῶν αὐτὰ πόδοι, μὴ μαλακώδεις περὶ τὸ παρὸν αὐπ-  
 κα, μηδὲ τῷ ὅτι κερμαδέντος πῶτε δεινοῦ ἀμνημονου-  
 τες, κολάσαιτε δὲ ἀξίως τοῦτο τε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐν μιᾷ  
 ζῶντες ἀδίκια σαφῆς κατὰ ἴσῃσιν, ὅς ἀνὰ φῆσιν, σα-  
 νάτω ζῆμιωσώμενον, πῶ δὲ γὰρ λῶ γῶσιν, ἥσαν τῷ πολέμιον  
 ἀμνησάντες, τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν μαχεῖσδε ἐν μιᾷ ζῶν.

E A D E M L A T I N E E X I N T E R P R E T A -  
 tione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano  
 aliquot in locis recognita.

**C**VM sæpe aliàs ego statum popularem animaduerti inualidum esse ad aliis im-  
 perandum, tum præcipuè nunc in vestra de Mitylenæis sententiæ mutatione.  
 Etenim quia securè inter vos quotidie & sine insidiis agitis, eodem modo erga  
 socios affecti estis, & quicquid aut illorum oratione persuasi deliqueritis, aut miseri-  
 cordia remiseritis, non existimatis vos magno vestro cum periculo, ac nullam gratiam  
 à sociis ineuntes, molles, *erga eos* esse. Non considerantes, imperium quod habetis, esse  
 tyrannidè, & eos qui parent, ad insidiandum intentos, & inuitos parere: quos non suis  
 dicto audientes habituri per ea quæ illis magno vestro malo gratificati fueritis, sed per  
 ea quæ potentia vestra potius quàm illorum beneuolentia obtinueritis. Perniciosissi-  
 mum autem ex omnibus est, si apud nos nihil eorum quæ decreuerimus, stabile erit:  
 nec intelligemus, melius agi cum ciuitate quæ malis legibus, dum constanter, vitur,  
 quàm cum ea quæ bonis, sed inconstanter: vilioremque esse imperitiam cum mode-  
 stia, quàm peritiam cum immodestia: ac tardioris ingenii homines administrare com-  
 modius plerunque ciuitates, quàm solertioris. Nam isti tum legibus sapiētiores videri,  
 tum semper superiores esse dicendo in consultatione reip. volunt, tanquàm nulla sit alia  
 materia maior vbi vim ingenii sui ostendant: & ex eo plerunque ciuitates pessundant.  
 At illi, suæ peritiæ diffidentes, non abnuunt se legibus esse imperitiores: & quum inua-  
 lidiores sint quàm vt bene dicentis orationem refellant, æqui bonique sunt æstimato-  
 res potius quàm altercatores, ideoque eis plerunque feliciter cedit. Hunc igitur in modum  
 decet & nos facere, non facultate dicendi & solertiæ contentione subnixos, vestræ mul-  
 titudini aliter ac sentimus suadere. Quod ad me atinet, in eadem sententia sum: eosque  
 miror qui iterum retulerunt de Mitylenæis, ac tempus teri permittunt, rem illis com-  
 modiorum qui iniuriam fecere, quàm nobis. Nam qui iniuriã accepit, remissius iram  
 exercet quàm ille qui fecit. In vlciscendo enim, quum recentissima offensa est, tum  
 maximè par supplicium sumimus. Miror quoque esse (quisquis is erit) qui contradicat,  
 ostendendumque sibi ducat, iniurias quidem Mitylenæorum nobis viles esse, detrimè-  
 ta verò non ad sociorum calamitatem redundare. Hunc sanè palàm est, aut fretum fa-  
 cultate dicendi, velle contendere, vt quod planè euidentis est, id è contrario ostendat esse  
 incognitum: aut lucro adductum, elaborata oratione speciosa, seducere. Huiusmodi ex  
 controuersis ciuitas aliis quidem emolumenta præbet, ipsa verò in discrimen adduci-  
 tur. Cuius rei penes vos culpa est, qui prauè instituitis ista certamina, quique consuectis  
 esse verborum spectatores, operum auditores: coniectantes ita maximè posse fieri fu-  
 tura, vt quisque optimè dixerit: & ex iam factis non id certius existimantes esse quod i-  
 psi vidistis quàm quod audistis, deliniti pulchrorum commendatione verborum. Itaque  
 faciles estis falli nouitate sermonis, difficiles animo ad exequendum quod probatum  
 est: serui semper rerum nouarum, consueta fastidientes. & potissimum quidem cupiē-  
 tes singuli se posse dicere: sin hoc nequeatis, reclamantes iis qui talia dicunt, non videri  
 vultis posteriores eorum sententiã sequi. Quinetiam alio aliquid acutè dicente, proni  
 ad id quod dicitur certatim prælaudandum, & *ad significandum* vos sensisse antè quàm  
 diceretur, quum tardis sitis ad ea prouidenda quæ illinc sunt euentura: aliud quærentes  
 (vt sic dicam) quàm ea quibus viuistis: quum tamè ne præsentia quidem satis intelligatis.



Denique voluptate aurium capti estis, ac similes spectatoribus sophistarum sedentibus potius quàm de republica consultatibus. A quibus ego vos conabor abducere, ostédens vnà Mitylenorū ciuitatē, præcipuam vobis iniuriā intulisse. Nam si qui, quòd aut imperium vestrum ferre nequeant, aut quòd ab hostibus compellantur, desciscunt, veniā do: quum verò ii qui insulam tenent, & urbem muris præditam, vbi nisi à mari formidolosus non erat hostis noster, & vbi ipsi contra illum non erant indefensi, quippe instructa iam classe, liberi præterea, & à nobis ante omnes in honore habiti, hoc egerint: quid aliud quàm insidiati sunt, inferentes potius bellum quàm desciscentes à nobis? Defectio enim, eorū est quibus aliqua vis inferitur. Captarūt quoque per inimicissimos nostros nos perdere: quod indignius est quàm si suis ipsorum viribus nos bello petiissent. Quibus nec calamitates vicinorum exemplo fuerunt, quicumque iam post rebellionem à nobis superati sunt, nec præsens sua felicitas à subeundis periculis retardauit: sed effecti ad futura audaces, maiore quidē spe quàm pro viribus, minore tamen quàm voluntas fuit, bellum sumpserunt, anteferendam iustitiæ potentiam rati. Nulla enim iniuria lacesciti, vbi se victores fore putauerunt, nobis arma intulerunt. Siquidem solet vsuuenire ciuitatibus, præsertim iis quibus breui & insperatò felicitas contigit, vt ad insolentiam conuertantur: & plerunque rationi consentanea *& non fortuita* prosperitas hominum stabilior est quàm inopinata. Faciliusque propè dixerim esse propulsare aduersa quàm tutari secunda. Decuerat autem iam olim Mitylenæos nihilo peculiarius honore quàm ceteros à nobis affici: & non eò petulantia processissent. (Nam & alioqui natura comparatum est, vt quisque eos à quibus colitur contemnat: qui autem minimè cedunt, admiretur) Plectantur tamen vel nunc pro magnitudine sceleris: neque paucis culpam imputantes, populum absoluatis. Cuncti nanque nos pariter inuaserunt: quibus liceret nunc, si ad nos confugissent, rursus in vrbe degere: sed tutius esse arbitrati aleæ se committere cum paucis illis, vnà defecerunt. Respicite quinetiam ad socios, quorum si & iis qui coacti ab hoste, & iis qui voluntarii defecerunt, easdem pœnas infligatis, quem tandem fore existimatis, quem non ad deficiendum quantulacunque causa impellatis: quum is, si prosperè cedat, liber sit: si minus, nihil intolerandum patiat. Ex quo nos in omnibus ciuitatibus periculum subibimus tum pecuniarum, tum corporum: & si quidem recuperauerimus urbem quæ profligata sit, *cuius exhaustæ sint opes*, prouentibus, per quos vires habemus, in posterum carebimus: sin inceptū nostrum *eam recuperandi* non succedat, ipsos præter eos qui nunc sunt, hostes habebimus: & quo tēpore nos oportet aduersus præsentés stare, in bello sociali occupabimur. Nō igitur cōuenit spē eis proponere, aut sermone persuasam, aut pecuniis emptam, veniæ consequendæ, tanquam hominum more peccauerint. Non enim inuiti læserunt, sed scientes insidiati sunt. quod autem præter voluntatem fit, id dignum est veniā. Itaque ego & tunc primū repugnaui, & nunc, ne decretorum vestrorum vos pœniteat, repugno: neve tribus rebus imperio perniciosissimis delinquatis, misericordia, illecebris orationis, lenitate. Nam misericordiam quidem iis qui similes sunt, tribui iustum est, non iis qui nec è diuerso misereantur, & necessario se perpetuos constituerūt hostes. Oratores autem qui dicendo oblectāt, habebunt aliās minoribus in rebus dicendi certamen, non vbi ciuitas quidem paululum oblectata, faciat magnam iacturam, ipsi verò ob bene dicta bene accipiantur. Lenitas verò potius illis exhibetur qui in posterum morigeri, quàm qui nihilominus hostes, atque iidem futuri sunt, si relinquuntur. Atque (vt semel omnia dicam) si mihi assensi fueritis, quæ iusta sunt & vilia circa Mitylenæos ageris: sin minus, neque illis gratificabimini, & vos ipsos potius condemnabitis. Si enim hi meritò defecerunt, vos certè contra fas & æquum imperatis. Quòd si vel cōtra fas hoc vobis faciendū censeris, itidem præter fas & æquum in hos oportet animaduertere, quum id vobis *ad retinendum imperium* vtile futurum sit: aut certè imperio su perfedere, & virorum bonorum officio, quod periculo caret, fungi. Refundatis agedū eandem in autores pœnam: ostendatisque vos non minus exulcerato esse animo in viciscendo, licet euaseritis, quàm illi fuerunt in insidiando: cogitantes quænam ipsi, si vicissent, credendi sint fuisse facturi, qui præsertim iniuriam facere cœperunt. Qui autem nulla iniuria irritati ad lædendum veniunt, infesti grassantur ad internecionem vsque:



suspectum habentes periculum quod eos manet ab hoste quem relinquunt. Quisquis enim à quo non oportuit læsus est, acerbior est (si euasit) in illum quàm iustum in hostem. Nolite ergo vestri ipsorum fieri proditores, & cogitatione quamproximè accedētes ad ea quæ passuri fuistis, vt pluris quàm alia omnia fecissetis eos in potestate habere, nunc eos vlciscimini, nō ex præsentī specie, statim ad molliem flexi, nec cladis quæ tunc vobis impendebat oblitī. Plectite istos pro merito pariter & cæteris sociis insignē præbete exemplum, quisquis descierit, eum à vobis morte multādum. Hoc enim si cognouerint, minus posthac cum vestris ipsorum sociis pugnabitis, hostibus neglectis.

DIODOTI ORATIO.

ARGUMENTVM.

In eadem illa concione Diodotus, qui & proxima concione mollioris sententiæ autor fuisset, & in eadem tum perstaret, dixit aduersus ea omnia quæ à Cleone fuerant dicta: suauiterque vt fontes tantum, à quibus defectionem comparatam constaret, plecterentur. Ac primùm aduersus illam inculpationem garrulitatis, qua erat vsus Cleo, opponit consulationis liberæ vtilitatem, quæ, nisi vltro citroque dicendo, obtineri nequeat. Quis autem modus in audiendo adhibendus sit, ostendit. Stabat ab æquitate Cleon, stat ipse ab vtilitate & æquitate: quod in alijs, præterquam in defectionis capita, animaduertere nec æquum sit, nec reip. expediat. Nam quod huius feueritatis terrore alios socios in officio retineri posse putaret aduersarius, id contrā habere: quum homines vehementius ad maleficium libido impellat, quàm metus auocet: nec dubium sit quin illa seuitia aliorum sociorum animos sit alienatura: & desperatio veniæ, si quando defectionem potentiores plebe inuita tentassent, vniuersæ multitudini pertinaciam ad propugnandum sit allatura: spes autem impunitatis esset eos à potentum societate, & potentes ipsos à perfidiosis consilijs auersura.

Οἱ τῆς αἰτίας ἀφ' ἧς τὴν ἀποστασίαν αὐτῶν ἐπιβουλεύσαντες οὐκ ἔστιν ἀποστασίαν ἀποδοῦναι, ἀλλὰ τὴν ἀποστασίαν αὐτῶν ἀποδοῦναι, ὅτι τὸ πλεονέκτημα τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ἀποστασίας ἐστὶν ἡ πόλις. ὡς τὸ πλεονέκτημα τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ἀποστασίας ἐστὶν ἡ πόλις, οὕτως καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ἀποστασίας ἐστὶν ἡ πόλις. ὡς τὸ πλεονέκτημα τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ἀποστασίας ἐστὶν ἡ πόλις, οὕτως καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ἀποστασίας ἐστὶν ἡ πόλις.

πεισῶν, ἀπ' αὐτῆς ἀποστασίας τὸ πλεονέκτημα, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ἀποστασίας ἐστὶν ἡ πόλις. ὡς τὸ πλεονέκτημα τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ἀποστασίας ἐστὶν ἡ πόλις, οὕτως καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ ἀποστασία, καὶ τὸ πλεονέκτημα τῆς ἀποστασίας ἐστὶν ἡ πόλις.



ρῆσε. πεφύκασι τε ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἀμφοτέ-  
 ριν καὶ ἐν ἑστὶ νόμος ὅς τις ἀπείρξει πύθου. ἐπεὶ διεξελή-  
 λυθασί γε δὴ παστῶν ἠβύζημιῶν οἱ ἀνδραποῖ, πρὸς πέν-  
 τε, εἴπως ἦσαν ἀδικούντο ἕσθ' ἠβύζημιῶν. ἔε εἰκὸς πο-  
 τὴν λαὸν μετρίων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κείδαι  
 αὐτὰς ᾤδραβαινομένων ἢ πᾶν χρόνον, ἐς τὸν θάνατον αἰ-  
 πολλὰ ἀνήκοισι καὶ τὸ τοῦ μῶως ᾤδραβαινεται. ἢ πῶνιω  
 δεινότερόν τι πύθου δέος διρεπεῖον εἶναι, ἢ τὸ δὲ γε ἔδεν ὄπ-  
 ρα, ἀλλ' ἢ μὲν πενία, αἰσίνη καὶ τὴν πόλιν παρέχουσα, ἢ δ'  
 εὐρασία, ὕβρις καὶ πλεονεξία καὶ φρονήματα, αἰδ' ἄλλαι  
 ξυμπύλαι, ὀργὴ ἢ ἀνδραποῖων, ὡς ἐκάσθ' ἢς κατέχευται  
 ἕσθ' ἀνῆκετο πρὸς κρήπινος, εὐάριστοι ἐς τοὺς κινδύνους.  
 ἢ τε ἐλπίς καὶ ὁ ἔρωσ ὄπῃ παντί οἱ μὲν, ἢ γυμνός, ἢ δὲ, ἐ-  
 φρεσὶν καὶ ὁ μὲν, τὴν ὄπῃ βολῶν ἐκφροντίζων, ἢ δὲ, τὴν  
 ἀπειρίαν τῆς τύχης ἕσθ' ἀνῆκετο, πλείστα βλαπτικοῖσι καὶ  
 ὅτι ἀφαιρῆ κρείστω ὄπῃ ὄρωμιθρον θανάτῳ. καὶ ἢ τύχη  
 εἰσ' αὐτοῖς οὐδὲν ἔλασον ξυμβάλλεται ἐς τὸ ἐπιτρέφειν. ἀ-  
 δικήτως γὰρ ἔστιν ὅτε παρταμῆν, ἢ ἐν ἠβύζημιῶν ἕσθ' ἀνῆκετο  
 κινδυνεύειν πᾶσα ᾤδραβί, καὶ οὐχ ἦσαν ταῖς πόλεις, ὅσω  
 καὶ ἠβύζημιῶν, ἐλδύθειας, ἢ ἄλλων ἀρχῆς καὶ μετὰ  
 πάντων ἕκαστος ἀλογιστὸς ὄπῃ πλείον τι αὐτὸν ἐδίξασεν. ἀ-  
 πῶς τε, ἀδύνατον, καὶ πολλῆς ἀνθετίας, ὅς τις οἶεται τῆς  
 ἀνδραποῖας φύσεως ὄρωμιθρον πρὸς τὸν μῶως πὶ ᾤδραβί,  
 ἀποτρῆν πᾶσα ἔχῃ, ἢ νόμον ἰσχύϊ, ἢ ἄλλω πᾶ δεινῷ. οὐκ  
 οὐ καὶ ἔστιν πύθου θανάτου τῆς ζήμια ὡς ἐχρῆσθαι πιστεύσαν-  
 τας, χεῖρον βουλεύσασθαι, οὔτε ἀέλπιστον καταστῆσαι τοῖς  
 ἀποστῆσαν ὡς ἠβύζημιῶν μετὰ γινῶναι, καὶ ὅτι ἐν βραχυτάτῳ  
 τὴν ἀμφοτέων καὶ ταλῶσαι, σκέψασθε γὰρ ὅτι καὶ μὲν καὶ πῶς  
 καὶ ἀποστῆσαι πόλιν γῶν μὴ ἀπεισομένη, ἐλθοῖ αὐτὸν ἐξ ἑξυ-  
 βασι, διωατῆ οὐσα ἐπὶ τὴν δαπάνην ἀποδουῶναι, καὶ πο-  
 λοιπὸν ἕσθ' ἀνῆκετο. ἐκείνως δὲ, πᾶσα οἶεσθε καὶ πᾶσα ἠβύζημιῶν  
 μὲν ἢ καὶ ᾤδραβί ἀποστῆσαι, πολιορκία τε ᾤδραβί  
 πεινῆσαι ἐς πύθου, εἰ πὸ αὐτὸ διώσται γῶν καὶ τα-  
 χὺ ξυμβῶναι, ἢ μὲν τε πῶς οὐ βλάβη δαπάνην καὶ θημι-  
 νοῖς δὴ τὸ ἀξυμβατόν, ἢ, καὶ ἐλαμῆν πόλιν, ἐφθαρμένην  
 ᾤδραβί, καὶ τῆς πρὸς πόλιν πολιορκίᾳ ἀπ' αὐτῆς ἕρε-  
 ται, ἰσχύμῳ ἢ πρὸς τοῖς πολεμίοις ταῖς δὲ. ὡς τε οὐ δικα-

σας ὄντας δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον ἢ ἑξ ἀμφοτέων ὄντων ἀκριβῆς  
 βλαπτεσθαι, ἢ ὄρῃν ὅπως ἐς τὸν ἕπειτα χρόνον μετεῶς κο-  
 λάζοντες, ἢ πόλιν ἕξ ἑσθ' ἐς χρεμάτων λόγον ἰσχύουσας  
 χρεῖας, καὶ τὴν φυλακὴν μὴ ἀπὸ τῶν νόμων ἢ δεινότητος ἀ-  
 ξιον πειθεῖσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων ἢ ὄπῃ μελείας, ἢ καὶ ἰσχύον  
 πῶν δρανῆτες, καὶ πᾶσα ἐλδύθειον καὶ βία ἀρχόμενον εἰκότως  
 πρὸς ἀνομιάν ἀποστῆσαι χρεῖας μετῆσαι, χαλεπῶς οἰό-  
 μεθα χρεῖναι πμωρεῖσθαι. καὶ ἢ τὸς ἐλδύθειους ἐκ ἀφισα-  
 μῶν, σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ πρὸν ἀποστῆσαι, σφόδρα φυ-  
 λασσειν, καὶ πρὸς κατὰ λαμβάνειν ὅπως μὴ δὲ ἐπὶ πῶνιοιαν τῶν  
 ἠβύζημιῶν κρατήσανται, πὸς ἐπὶ ἐλάχρον ἢ αἰτίαν ὄπῃ πρὸ-  
 ρειν. ἡμεῖς δὲ σκέψασθε ὅσον αἰ καὶ τὸ ἀμφοτέωνιτε,  
 Κλέωνι πειθόμενοι, καὶ μὲν γὰρ ἡμῖν ὁ δῆμος ἐν πάσαις ἢ  
 πόλιν δύνους ὄπῃ, καὶ ἢ οὐ ξυμφασίεται τοῖς ὀλίγοις, ἢ,  
 ἐὰν εἰσαδῆ, ἕσθ' ἀνῆκετο τοῖς ἀποστῆσαι πολεμῶν ἀδύς, καὶ  
 τῆς ἀπὸ πρὸς ἀμῶν πόλεως τὸ πλῆθος ξύμμαχον ἔχον-  
 τας, ἐς πόλεμον ἐπέχεσθαι εἰ δὲ ἀποστῆσαι τὸν δῆμον τὸν  
 Μιτυληναίων, ὅς οὐτε μετῆσαι τῆς ἀποστῆσαι, ἐπειδὴ τε  
 ὄπῃ ἐκράτησεν, ἐκῶν παρέδωκε τὴν πόλιν, πρὸς τὸν μὲν  
 ἀδικήσεται, τοῖς ἀεργάταις κτεινοντες, ἐπειθε καταστῆσεται  
 τοῖς διωατοῖς ἢ ἀνδραποῖων ὄπῃ λονταί, μάλιστα ἀφισῆσαν  
 τας γὰρ ταῖς πόλεις, πῶν δῆμον ἀδύς ξύμμαχον ἕξ ἑσθ' ἀνῆκετο  
 πρὸς ἀνῆκετο ἡμῖν τὴν αὐτὴν ζήμια τοῖς τε ἀδικούντων  
 ὁμοίως κείδαι καὶ τοῖς μὴ. δεῖ ἢ, καὶ εἰ ἠδύκωται, μὴ  
 πρὸς πειθεῖσθαι ὅπως, ὁ μόνον ἡμῖν ἐπὶ ξύμμαχον ὄπῃ, μὴ  
 πολεμῶν γῶνται, καὶ τὸ πολλὰ ξυμφορῶτερον ἢ γῶνται  
 ἐς τὴν καὶ δεῖ τῆς ἀρχῆς, ἐκόντας ἡμᾶς ἀδικηθῶναι, ἢ  
 δικαίως οἰ μὴ δεῖ ἀποστῆσαι, καὶ τὸ Κλέωνος τὸ αὐτὸ δὲ  
 κεινον καὶ ξύμφορον τῆς πρὸς οὐχ ὀφείσκειται ἐν αὐ-  
 τῷ διωατῶν ὄπῃ ἀμῶν γῶνται, ἡμεῖς δὲ, γῶντες ἀμείνω  
 ταῖς δὲ ἢ, καὶ μὴ τε οἰκτω πλεον νεύματα, μὴ τε ὄπῃ πρὸ-  
 ρειν (οἷς οὐδὲ ἕσθ' ἐπὶ πρὸς ἀμῶν) ἀπ' αὐτῶν δὲ ἢ παρῆναι  
 μῶν πρὸς πειθεῖσθαι μοι, Μιτυληναίων οἷς μὴ Πάριος ἀπέπμ-  
 ψαν ὡς ἀδικούντας, κρῖναι καὶ ἢ ἡσυχίαν, τοῖς δὲ ἠβύζημιῶν  
 οἰκῆν. ταῖς γὰρ ἐς τε τὸ μέλλον ἀγαθὰ καὶ τοῖς πολεμίοις  
 ἢ δὴ φοβέσθαι, ὅς τις γὰρ ὄπῃ βουλεύεται, πρὸς τοῖς ἀνῆκετο  
 κρείστων ὄπῃ, ἢ μετ' ἔργων ἰσχύος αἰοῖσθαι ὄπῃ.

E ADEM LATINE, EX INTERPRETA-  
 tione Laurentii Vallæ, ab Henr. Stephano  
 nonnullis in locis recognita.

**N**Eque illos ego qui de Mitylenæis iterum ad cōsiliū retulerunt, accusandos pu-  
 to, neque illos laudandos qui maximis de rebus sapius consultari vetant. Statuó-  
 que duo præcipuè contraria esse ad bene consulendum, celeritatem & iram. quo-  
 rum hoc cum amentia coniunctum esse solet, illud cum imperitia & paucitate consilii.  
 Et qui repugnat quin res verbis doceantur, aut amés est, aut putat sua aliquid interessse.  
 Amens quidem, si quo alio modo censet fieri posse vt futura quæ latet, nisi oratione, pa-  
 tesciant: sua autem interessse putat, si volens aliquid turpe persuadere, bellè quidem de  
 eo se posse dicere non arbitratur, sed eos qui ex aduerso dicturi & qui audituri sunt, de-  
 terrere probè criminando. Verùm illi odiosissimi sunt qui orationem aliquam corru-  
 ptela etiam insimulant. Nam si imperitia obiiceretur, cuius sententia in senatu non vi-  
 cisset, pro imperitiore vtique is, nõ pro iniustiore, discederet: obiecta verò iniustitia, idè,  
 siue eius sententia vicit, suspectus fit, siue non vicit, iniustus habetur, non solum imperi-  
 tus. Ex quo etiam respublica detrimento afficitur: consultoribus enim propter metum  
 destituitur. Præclarè quoque cum ea ageretur si tales ciues nulla facultate dicendi præditos  
 haberet. minimè enim ad peccandum impellerentur, sua eloquentia freti. Porro debet  
 & ciuis bonus non abstertere alios à contradicendo, sed ex pari loco demonstrare se  
 meliora dicere: & bene morata ciuitas nullo cum honore afficere qui præ cæteris bene

consuluerit, sed nec honorem quem ille habet, imminuere: item cum qui in consulendo inferior fuit, nullo dedecore, nedum supplicio, prosequi. Ita enim & is cuius sententia probata est, quam minimum ad gratiam, & aliter ac sentit (quò plus honoris confertur) loquetur: & is cuius sententia improbat, quam minimum concupiscet, eadem ratione gratum faciendo, conciliare sibi multitudinem. Quorum nos contraria agimus: quoniam si quis de corruptione suspectus sit, etiam si optimè dicat, tamen quò cœperit apud nos ob incertam *alioqui* de corruptela opinionem inuidiosus esse, *non item incertam sed* manifestam ciuitatis utilitatem adimimus. Nec dubium est, bona, quum recta dicuntur, non minus suspecta esse quam mala: adeo ut oporteat, similiter & qui optima & qui pessima ciuitati velit persuadere, dolo id & mendacio agere. solaque ciuitas propter curiosas istas suspiciones, eiusmodi est de qua nemo aperte, & non fallendo, bene mereri possit. Nam qui propalam largietur ei aliquid, is in suspicionem veniet ne verius aliquod lucrum facturum sit. Enimvero decet nos, in rebus maximis, & in huiusmodi opinione vel æstimatione vestra, ulterius prospicere quum verba facimus, quam vos qui ex propinquo consideratis: quum præsertim nos rationem reddere debeamus consilii nostri, vos non debeatis vestra auctoritatis. Nam si is qui persuasit, & is qui persuasus est, æquè multarentur, profectò vos modestius iudicaretis. Nunc, siquãdo destituti spe estis, unam persuasoris sententiam cum iracundia plectitis, non vestras ipsorum, qui frequentes unã peccastis. Ego autem neque contradicturus pro Mitylenæis processu, neque quempiam accusaturus. Non enim de illorum facinore nobis certamen est, si sapiamus, sed de bene nobis consulendo. Neque eis, si nocentes planè asserere volo, idcirco vitam adimi iubebo: neque si qua venia dignos, *idcirco veniam dari*, nisi constiterit idem ciuitati conducere: quippe quò existimem de futuro nos magis quam de presenti consultare. Atque quod Cleon præcipuè contendit utile fore ad cohibendas in posterum rebelliones, pœnam proponi mortem, ego de eo quod in posterum ex usu futurum sit, contra contendens, secus iudico. Quæso igitur ne præ istius ad persuadendum apposita oratione, utilitatem meam respiciatis. Eius enim oratio quum iustior sit apud istam vestram in Mitylenæos iram, vos fortasse *in suam sententiam* traxerit: verum nunc non disceptamus nos iudicio cum illis, ut de iure quæri oporteat, sed de eis deliberamus, quemadmodum nobis futuri sint utiles. Est quidem multis in ciuitatibus constituta mors pœna, non modò huiuscemodi criminibus, sed etiam minoribus: tamen spe sollicitati homines, periculum adeunt: neque unquam ad hoc aliquis accessit, qui opinaretur nequam insidias sibi successuras. Et quæ ciuitas unquam non ideo defecit quò crederet se maiorem habere quam habebat apparatus, vel suum, vel sociale: ingenitum natura est omnibus & priuatim & publicè, delinquere. nec vlla lex tanti est quæ istud prohibere possit: quum per omnia sit itum supplicia, siquo modo his terroribus homines à facinorosis minus læderentur. Ac credibile est sanè maximis sceleribus mitiores olim pœnas constitutas fuisse: sed quum tandem violarentur illæ pœnae, ad mortem plerumque processerunt, & tamen istud quoque violatur. Itaque aut aliquis isto vehementior inueniendus est terror, aut ne iste quidem coercebit. Sed paupertas quidem, ex necessitate auidaciam afferens, opes autem, ex petulantiâ & superbia, iuris violationem: aliæ etiam quæ contingunt causæ, pro diuerso affectu hominum, qui ab intoleranda quadam vi occupatur, ad pericula impellunt. Spes quoque & libido in qualibet re, hæc quidem, dux, illa verò, comes: hæc, facinoris aggressionem excogitans, illa prosperitatem fortunæ suggerens. Quumque incerta sint hæc duo, manifestis periculis potentiora sunt. Accedit his fortuna, quæ nihilo minus ad incitandos animos pollet. Nam ex inopinato oblata aliquid, vel ex minoribus copiis adducit aliquem ad periclitandum: nec minus ciuitates, imò tanto magis quanto de maioribus *eis res est*, de libertate vel de imperio proponendo. Et quisque cæteris cum ciuibus iunctus, inscitè plus quiddam spei sibi proponit. Denique & impossibile, & ingentis vecordiae est, credere, quoties humana natura ad aliquid agendum concitata, impetu tendit, vlla prohiberi aut legum vi, aut alia difficultate. Quare non oportet nos, neque mortis pœna, tanquam fideiussore, confisos, de Mitylenæis consulere deterius: neque ad desperationem illos qui defecerunt impellere: tanquam eis pœnitere non liceat, neque breuissimo tempore delictum suum eluere.

Confide-



Considerate nanque, si qua nunc ciuitas quæ defecerit, norit non desperandam sibi à vobis salutem, eam de se dederit conditiones accepturam, adhuc habentem vnde redat victoribus impensas belli, & in posterum tributa soluat: at illo modo, quam tandè putatis fore, quæ non & melius se quàm nunc fecit, ad bellum instruat, & obsidionem ad extrema vsque perferat, si idem valet diu post & confestim in deditionem venire: Et nobis quomodo detrimentosum non sit, dum res ad compositionem nõ deducitur, nos sumptus facere in obsidendo: & si capimus, profligatam capere ciuitatem, & vectigalibus ex illa deinceps priuari, propter quæ sumus potentes aduersus hostes: Quapropter non tanquam iudices debemus nos exactè de nocentibus sumere supplicium, sed considerare quemadmodum in futurum facultatem habeamus pecuniarum suppeditandarum ex ciuitatibus moderatè mulctatis: nec custodire eas ex legum seueritate, sed ex officii nostri sedulitate. Cuius rei nunc cõtrarium facimus: qui si quem subegerimus liberum, sed vi alterius imperio subditum, & meritò repetentè libertatem per defectiõnem, truciter in eum putamus animaduertendum. At qui oportet non valde plectere liberos homines quòd rebellauerunt, sed valde custodire antequàm rebellent, & anteuertere, vt ne veniant quidem in huiusmodi cogitationem: quumque vicerimus, pro minima culpam hanc eis imputare. Animaduertite præterea quantopere sitis peccaturi, si Cleoni assentiamini. Nunc quidem singularum ciuitatum populus in amorem vestri propensus est, & aut non deficit cum potentibus, aut si deficere cogatur, cõtinuò defectiõnis autoribus infestus est. Ita ciuitatis aduersariæ vulgus vestri studiosum habentes, pergitis in bellum. Quòd si populum Mitylenæum occiditis, qui & tunc defectiõnis exers fuit, & vbi arbitrium armorum nactus est, ciuitatem tradidit, primùm in bene meritos eritis iniurii, deinde id quod maximè optant potentes, constituētis. quippe, vbi ad defectiõnem traxerint ciuitatem, protinus habebunt in partibus populum: quum proposita sit per vos eadem omnibus pœna, tam iis qui deliquerunt quàm iis qui non deliquerunt: qui si etiam deliquerint, dissimulandum est, vt id quod adhuc nobis superest sociale, non fiat hostile. Et hoc ipse multo vtilius arbitror ad imperii conseruationem, nos iniuriam accipere non inuitos, quàm eos, iure summo agentes occidere quos non debemus. Neque id quod Cleon ait, reperietur, iustam vltionem eandemque vtilem esse posse. Vos verò vbi intellexeritis hæc meliora esse, nihil neque misericordiæ neque lenitati indulgentes, (quibus ne ego quidem adducam vos sino) sed ex iis quæ suasi, mihi acquiescite: de iis quos Paches tanquam noxios misit, per otium iudicare, cæteros illic habitare permittere. Hæc enim & in posterum bona sunt, & hostibus iam formidolosa. Nam quisquis bene consultat, is contra hostes plus pollet quàm qui temeraria ferocitate ad facta prorumpit.

## PLATAEENSIVM ORATIO.

## ARGVMENTVM.

Expugnatis diuturna obsidione & cibiorum inopia Plataeis, Lacedæmonii, qui hac conditione Platæenses ad deditionem compulerant, vt in fontes tantum se animadueros pollicerentur, arceritis Lacedæmone iudicibus quinque, qui illorum causam disceptarent, iusserunt eos causam apud hos dicere. Iudices, quòd Thebanis fociis suis in ea expeditione & Platæensi ciuitati vehementer infensis gratificari studebant, non criminibus obiiciendis, ne illi facile diluerent, sed interrogatione vna perduellionem illis iudicabant. Interrogatio erat hæc, Ecquid Lacedæmoniorum societati in id bellum cõmodassent? Perculsi Platæenses quòd se callida interrogatione vrgeri, & capitis anquiri vniuersos sentiebant, postularunt ne altercatione, sed perpetua oratione diligentius causam dicerent. Quod quum impetrassent, hac oratione sunt vsi: qua primùm conqueruntur tam periculosa defensionis legem sibi imponi: deinde ad rogata respondent: neque se vt amicos esse à Lacedæmoniis acceptos, sed hostili modo grauius vexatos: inimici verò quum essent, non debere à se amicorum officia postulari. Reliqua est oratio, qua causam suarum partium docent: inimicitias & iniurias Thebanorum: sua in Græcos omnes, priuatim in Lacedæmonios merita. Postremò rogant ne Thebanorum libidini addicantur.

Τὴν μὲν ἀποβόδον τῆς πόλεως, ὡς Λακεδαιμόνιοι, πισύσαντες ὑμῖν ἐπισησάμεθα, οὐ τοιαύτῃ δὲ δίκῃ

οἰόμενοι ὑπέξαινον, νομιμωτέραν δὲ πᾶσι εἶσομαι καὶ ὅτι διὰ  
σεύς οὐκ ὄν ἄλλοις δεξάμενοι (ὡς ἄρ' ἔσμεν) ἤλυθαται.

ἢ ὑμῶν, ἡρώδης τοῖσι μάλα· αἱ φέρεσθ, νῦν δὲ φοβού-  
 μεθα μὴ ἀμφοτέρων αἴμα ἡμαρτήσιν ἴσμεν, τὸν τε γὰρ ἀζώνα  
 ἀεὶ τῷ δεινοτάτων ἔῃ εἰκότως ὑποπύδουμι, καὶ ὑμῶν, μὴ ἔ-  
 κοινοὶ ἄποσ ἦτε, πεκαυρόμενοι, ποσειδάωνος τε ἡμῶν ἔ-  
 ποσειδάωνος, ἢ χεῖρ αἰτεῖται, ἀλλ' αὐτοὶ λόγον ἠπ-  
 σάμεθα, τὸ τε ἐπρώτῃμα βραχὺ ὄν, ὡς πᾶσι ἀληθῆ ἄπο  
 κρίνασθαι, ἀναγὰ γίγεται, τὰ δὲ ψυδῆ, ἐλαφρον ἐχθ. παν  
 παχὺ δὲ ἄπειρο καθεστῶτες, ἀναγκάζομεθα, καὶ ἀσφα-  
 λέςτερον δοκεῖ ἔῃ, εἰπόντας πὴ κινδυνώειν, καὶ γὰρ ὁ μὴ ῥη-  
 θείς λόγος τοῖς ὠλῆ, ἐχρῶσιν αἰπῶν ἀν' ἀφ' ἑσθ' ὅσοι, ὡς, εἰ ἐ-  
 λέχθη, σπῆλιος ἀπ' ἑλ, χαλεπῶς δὲ ἐχθ' ἡμῶν ποσὶς τοῖς  
 ἄλλοις καὶ ἡπειδὴ ἀγῶντες μὴ γὰρ ὄντες ἀλλήλων, ἐπισε-  
 νεκάμενοι μαρτύρια ὧν ἄπειρο ἦτε, ὠφελούμεθα αὐ-  
 νῶν δὲ ποσὶς εἰδόμενος πᾶσι τελεξεσθαι, καὶ δέδιδου οὐχ  
 μὴ ποσειδάωνος ἡμῶν τε ἀρετῆς ἡσποῖς ἔῃ ἢ ἡμῶν  
 τέρων, ἔτλημα αὐτὸ πῆντε, ἀλλὰ μὴ ἄλλοις, χαλεπὸν φέ-  
 ροντες, ὅπῃ διεγνωσθῆναι κρίσιν καθεστῶμεθα, παρεχό-  
 μενοι ὅ, ὡς αἰ ἐχρῶσιν δικαιο, ποσὶς τε πᾶσι θεαῖων δὲ  
 ποσειδάωνος, καὶ ἐς ὑμῶν καὶ ἐς ἄλλοις Ἑλλήνων, ἢ δὲ δε-  
 δρασιδῶν ἴστω μνησιν ποιησόμεθα, καὶ πείθειν πειρα-  
 σόμεθα, φανερὸν γὰρ ποσὶς τὸ ἐρώτῃμα τὸ βραχὺ, εἰπὶ Λα-  
 κεδαιμονίους καὶ τοῖς ξυμμαχοῖς ἐν τῷ πολέμῳ τῶνδε ἀ-  
 γαθὸν πεποιθήσασθαι, εἰ μὴ ὡς πολεμοῖς ἐρωτᾶτε, οὐκ ἀ-  
 δικαίως ὑμῶν μὴ δὲ παθόντας φίλους δὲ νομίζοντες, αὐ-  
 τοῖς ἀμαρτανεῖν μάλλον τοῖς ἡμῶν ὅπως τελευτῶνται, ἔ-  
 ῃ ὅ τῇ ἐρίῳ καὶ ποσὶς τὸν Μῆδον, ἀγαθὸν γὰρ ἡμέ-  
 σα, πῶν ἡμῶν οὐ λυσάσθαι νῦν ποσειδάωνος, τῶν δὲ ξυμπε-  
 θεῖνοι τὸ τε ἐς ἐλδοθεῖαν τῆς Ἑλλάδος μόνοι Βοιωτῶν, ἔ-  
 γὰρ ἡπειρῶνται τὸ ὄντες ἐναυμα χριστῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, μά-  
 χη τε τῇ ὅ τῇ ἡμετέρῳ γῆ ἡμῶν, παρεχόμεθα ὑ-  
 μῶν τε καὶ Παιστανίῳ, εἰπὶ π' ἄλλοις κατ' ἐκείνοι τὸν χρόνον  
 ἐγγύετο ὅπῃ κινδυνῶν τοῖς Ἑλλήνοις, πάντων ποσειδάωνος ἡμῶν  
 μετῶν, καὶ ὑμῶν ὡς Λακεδαιμόνιοι, ἰδίᾳ, ὅτε ποσειδάωνος  
 μέγιστος φόβος ποσειδάωνος τῶν Σπαρτίων, μετὰ τὸν σισμὸν  
 ἢ ἐς Ἰθάμῳ εἰλωτῶν ἄποσῶν, τὸ τῶν μέρους ἡμῶν  
 αὐτῶν ἐξέπεμψαν ἡμῶν ἐς ὅπῃ κινδυνῶν, ὧν οὐκ εἰκόσ ἀμνημο-  
 νεῖν, καὶ ἔμ' παλαιὰ καὶ μέγιστα τοῖσι πᾶσι ἡμῶν ἔῃ,  
 πολεμοῖς δὲ ἐχρῶμεθα ὑστέρων ὑμῶν δὲ, αἰποὶ, δευτέρων  
 γὰρ ξυμμαχοῖς, ὅτε θεοῖς ἡμῶν εἰδῶσιν, ὑμῶν ἀ-  
 πῶσασθε, καὶ ποσὶς Ἀθῶναιοις ἐκελευσθε στραπέσθ, ὡς  
 ἐχρῶσιν ὄντας, ὑμῶν δὲ μακρῶν ἄποσῶν, ἐν ἡμῶν πᾶσι  
 πολέμῳ οὐ δὲν ἐκ ποσειδάωνος ἴστω ἡμῶν οὐτ' ἐπ' ἀρετῆ, ἔ-  
 τε ἐμῶν ἔῃ, εἰ ὅ τῶσιν Ἀθῶναιοι οὐκ ἠδελήσασθαι,  
 ὑμῶν κελδοσῶντων, οὐκ ἠδελήσασθαι, καὶ γὰρ ἐκείνοι ἐσο-  
 ῖσθαι ἡμῶν ἐναντία θεοῖς, ὅτε ὑμῶν ἀπακνήτε καὶ  
 ποσειδάωνος αὐτοῖς οὐκ ἐπ' ἑλ κελδόν, ἄλλας τε καὶ οἱ δὲ  
 πατῶν πῆσ καὶ αὐτοῖς δευτέρως ποσειδάωνος ξυμμαχοῖς,  
 καὶ πολιτείας μετέλαβεν ἵεναι δὲ ἐς ἑλ ποσειδάωνος ἡμῶν  
 εἰκόσ ἡμῶν ποσειδάωνος, ἀ δὲ ἐκάτεροι ἐξηγῶσθε τοῖς ξυμμα-  
 χοῖς, οὐχ οἱ ἐπίδομοι αἰποὶ εἰπὶ μὴ κελδῶς ἐδρατε, ἀλλ'  
 οἱ ἄγοντες ὅπῃ ἔμ' ὄρθως ἐχρῶσθαι, θεοῖς ὅ τῶσιν ἡμῶν  
 καὶ ἀλλὰ ἡμῶν ἠδῆκισταν, τὸ δὲ πελδοσῶν, αὐτοὶ ξυμῶσθε  
 δι' ἀπερ καὶ ἔμ' παρδοσθαι, πόλιν γὰρ αὐτοῖς ἢ ἡμετέρῳ κα-  
 ταλαμῶντοισι ἐν ποσειδάωνος, καὶ ποσειδάωνος ἡμῶν  
 ἐπιμνησόμεθα, καὶ πᾶσι νόμον καθεστῶσθαι, πᾶσι ἐ-  
 πὶ ὄντας πολεμοῖς ὅσοι ἔῃ ἀμυνόμεθα, καὶ νῦν οὐκ αὐ-  
 εἰκότως δι' αὐτοῖς βλαπόμεθα, εἰ γὰρ τῶσιν ἀπῶσθαι  
 ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολέμῳ τὸ δὲ κελδόν λήψασθε, τῶν ἡμῶν  
 ὄρθω φανείσθαι οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες, τὸ δὲ ξυμφῆρον  
 μάλλον ποσειδάωνος, καὶ πᾶσι εἰ νῦν ὑμῶν ὠφέλιμοι δοκοῦ-

σιν ἔῃ, πᾶσι καὶ ὑμῶν καὶ οἱ ἄλλοι Ἑλλήνοις μάλλον τῶν  
 ὅτε ἐν μείζονι κινδυνῶ ἦτε, νῦν ἡμῶν γὰρ ἐτέροις ὑμῶν ἐπῶ-  
 χαθε δεῖνοι ἐν ἐκείνῳ δὲ τῶν κελδῶ ὅτε πᾶσι δευτέρως ἐ-  
 πῶσθαι ὁ βραβάρτος, οἱ δὲ μετ' αὐτῶ ἦσαν, καὶ δὲ κελδόν ἡ-  
 μῶν τῆς νῦν ἀμύρας (εἰ δὲ ἄρα ἡμῶν τῆς π) ἀπῶσθαι ἢ  
 τὸ τε ποσειδάωνος, καὶ μείζονα ποσειδάωνος ἀποσθῆσθαι, καὶ  
 ἐν κελδοῖς οἱς ποσειδάωνος ἡμῶν Ἑλλήνων πᾶσι ἀρετῶν τῆ  
 ἐξέρου δευτέρως ἀπῶσθαι, ἐπιγνώσθαι τε μάλλον οἱ  
 μὴ ἔξυμφορα ποσειδάωνος ἔφοδον αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ ποσει-  
 δάωνος, ἐθελόντες δὲ τῶν μῶν μετὰ κινδυνῶν ἔμ' βέλπα-  
 ὶν ἡμῶν ἡμῶν, καὶ πᾶσι δέντες ἐς τὰ ποσειδάωνος, νῦν ἐ-  
 πῶσθαι αὐτοῖς δέδιδου μὴ δὲ ποσειδάωνος, Ἀθῶναιοις ἐ-  
 λόμενοι δικαιοσ μάλλον ἢ ὑμῶν κερδαλέως, καὶ πᾶσι χεῖρ  
 ταῦτα ποσειδάωνος αὐτῶ ὁμοῖως φαίνεσθαι γηγῶσθαι, καὶ  
 τὸ ξυμφῆρον μὴ ἄλλο τὸ νομῶσθαι ἢ ἡμῶν ξυμμαχοῖς τοῖς ἀ-  
 γαθῶσθαι, ὅταν αἰ βεβαῖον τῶν χαλεπῶν τῆς ἀρετῆς ἐχρῶσθαι,  
 καὶ παραπῆκα πᾶσι ὑμῶν ὠφέλιμον καθεστῶσθαι, ποσειδάωνος  
 ἀδῆ τε ὅπῃ νῦν ἡμῶν ποσειδάωνος τοῖς πολλοῖς ἢ Ἑλλήνων  
 ἀδρασταῖς νομῶσθαι εἰ δὲ ποσειδάωνος γῶσθαι μὴ ἔμ' εἰ-  
 κόσῃ (οὐ γὰρ ἀφανῆ κριεῖτε τῶν δικῶν τῶνδε, ἐπιμνη-  
 σόμενοι δὲ ποσειδάωνος ἡμῶν μῶν) ὄρατε ὅπως μὴ οὐκ  
 ἀποδῶσθαι, ἀδραστῶν ἀγαθῶν πῆσ, αὐτοῖς ἀμῶν ὄν-  
 τας, ἀποσθῆσθαι πᾶσι γηγῶσθαι, οὐδὲ ποσειδάωνος ἡμῶν  
 σῶσθαι ἀπῶσθαι ἡμῶν ἢ ἀδραστῶν τῆς Ἑλλάδος ἀπῶσθαι,  
 δεῖνον δὲ δῶσθαι ἔῃ Πλαταιῶν Λακεδαιμονίους ποσειδάωνος  
 καὶ τοῖς ἡμῶν πατέρας ἀγαθῶσθαι ἐς τὸν ποσειδάωνος ἢ  
 Δελφοῖς δι' ἀρετῶν τῶν πόλιν, ὑμῶν δὲ καὶ ἐκ πάντων ἢ  
 Ἑλλήνων ποσειδάωνος δὲ θεοῖς ἀπῶσθαι, ἐς πᾶσι  
 γὰρ δὲ ξυμφορῶσθαι ποσειδάωνος ἡμῶν οἰσθαι Μῆδον τε κρα-  
 τῶσθαι τῶν ἀποσθῶσθαι, καὶ νῦν ἐν ὑμῶν τοῖς ποσειδάωνος  
 τοῖς θεοῖς ἡμῶν ἡμῶν, καὶ δὲ ἀγῶσθαι τοῖς μεγιστοῖς ὑ-  
 πῆσθαι, ποσειδάωνος τῶν πόλιν εἰ μὴ παρδοσθαι, κελδῶ δὲ  
 ποσειδάωνος, νῦν δὲ θανάτου δικῶν κρίνεσθαι καὶ ποσειδάωνος  
 ἐκ πάντων Πλαταιῶν, οἱ ποσειδάωνος δευτέρως ποσειδάωνος  
 τοῖς Ἑλλήνοις, ἔμῳσθαι καὶ ἀπῶσθαι, καὶ οὐτ' ἢ ποσειδάωνος  
 ξυμμαχοῖς ὠφελῆσθαι οὐδῆσθαι, ὑμῶν τε, ὡς Λακεδαιμόνιοι, ἢ  
 μόνῃ ἐλπίσθαι, δέδιδου μὴ οὐ βεβαῖον ἦτε, καὶ πᾶσι ἀξιούμε-  
 γα καὶ ποσειδάωνος ἡμῶν ξυμμαχοῖς ποσειδάωνος, καὶ  
 τῆς ἀρετῆς τῆς ἐς τοῖς Ἑλλήνοις, καμφοσθῶσθαι ὑμῶν, καὶ  
 μεταγῶσθαι, εἰ μὴ ἴστω θεοῖς ἀπῶσθαι πᾶσι ποσειδάωνος  
 ἀπῶσθαι, αὐτοῖς μὴ κτεῖναι οἱ μὴ ὑμῶν ποσειδάωνος  
 σῶσθαι, εἰ μὴ ἀγῶσθαι κομισσάσθαι χαλεπῶν καὶ μὴ ἡδῶ-  
 νῶν δόντας ἄλλοις, καὶ κελδῶ αὐτοῖς ἀπῶσθαι, βραχὺ γὰρ  
 τὸ πᾶσι ἡμετέρας σῶσθαι δὲ ποσειδάωνος, ὅπῃ ποσειδάωνος  
 κελδῶν αὐτῶ ἀφανῆσθαι, οὐκ ἐχρῶσθαι γὰρ ἡμῶν εἰκότως π-  
 μαρῶσθαι, ἀλλ' ὄντας, κατ' ἀπῶσθαι ποσειδάωνος, ὡς  
 τε καὶ ἢ ποσειδάωνος ἀδῆσθαι ποσειδάωνος, ὅσα αὐτῶ δικῶσθαι,  
 καὶ ποσειδάωνος ὅπῃ ἐκόντας τε ἐλαβετε, καὶ χεῖρας ποσει-  
 δάωνος (ὁ δὲ νόμος τοῖς Ἑλλήνοις μὴ κτεῖναι ὑμῶν) ἐπὶ δὲ  
 καὶ ἀρετῶσθαι γηγῶσθαι δὲ ποσειδάωνος, ἀπῶσθαι γὰρ ἐς  
 πατέρων ἢ ὑμῶν τῆσθαι, οἱ δὲ ἀπῶσθαι τῶν Μῆ-  
 δων, καὶ ποσειδάωνος ἐν τῇ ἡμετέρῳ, ἐμῶσθαι κατὰ ἐπῶσθαι  
 ἕκαστον δημοσῶσθαι ἑδῶσθαι τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομῶσθαι,  
 ὅσα τε ἢ γῆ ἡμῶν ἀπῶσθαι ἀπῶσθαι, πᾶσι ἀπῶσθαι  
 καὶ ὅπῃ ποσειδάωνος, ὄντοι μὴ ἐκ φιλίας χάρας, ξυμ-  
 μαχοῖς δὲ ὁμοῖως ποσειδάωνος, ὧν ὑμῶν ποσειδάωνος  
 πᾶσι ἀπῶσθαι, μὴ ὄρθως γῶσθαι, ποσειδάωνος δὲ  
 Παιστανίῳ μὴ γὰρ ἔμῶσθαι αὐτοῖς, νομῶσθαι ἐν γῆ τε φι-  
 λία πῆσθαι ἔμῶσθαι ἀπῶσθαι ποσειδάωνος ὑμῶν δὲ, εἰ κτεῖναι  
 ἡμῶν, καὶ χάρας τῶν Πλαταιῶν θεοῖς ἀπῶσθαι ποσειδάωνος, πᾶσι



ἄλλο ἢ ἐν πολέμῳ τε καὶ ἄλλῃ τοῖς αὐθένταις πατέρας  
 τοῖς ὑμέτεροις καὶ ξυγγενέσι, ἀήμοις γαρὼν ὧν νυῖ ἰχθῖσι,  
 καὶ παλείψατε; ἄρα δὲ καὶ γλεῶ, ἐν ἡλύθω θρωήσαν οἱ  
 Ἑλλήνας δουλοῦσθε; ἴσατε τὴν θῆραν, οἷς ἄξιοι Μήδων  
 ἐκράτῃσιν, ἐρημοῦτε; καὶ θυσιὰς τὰς πατρίους ἦν ἔστα-  
 μῶν καὶ κτιστῶν ἀφαιρήσαδε; οὐκ ἄρα τῶν ὑμετέρων  
 δόξης ὡς Λακεδαιμόνιοι ἴσθε, οὐτὲ ἐς τὴν κοινὰ ἦν Ἑλ-  
 λῶν νόμιμα καὶ ἐς τοὺς θεοῦ νόμους ἀμύραναι, οὐτὲ ἡ-  
 μάς τοῖς ἀεργάταις, ἀλλοτείας ἐνεκα ἔχθρας, μὴ αὐτοῖς  
 ἀδικήσοντας διέφθερα; φέσειαδε δὲ καὶ ὀπίσθε ἀδύνα-  
 τῆ γάρη, οἴκῳ σάφρονι λαβόντας, μὴ ὧν πισομέδαι  
 μίον δεινότατα κατανουώτας, ἀλλ' οἷοι τε ἀδόντες πά-  
 ριδον, καὶ ὡς ἀπαθῆμην τὴν ἔμφροα, ὡς πῖ πῖτ' αὐ-  
 τῆ ἀξίως ξυμπέσοι. ἡμεῖς τε, ὡς ἄρα ἐπὶ ἡμῖν, καὶ ὡς  
 ἡ χρεῖα παρὰ τὴν ἀπὸ μῆδαι ἡμῶν, θεοῖς τοῖς ὀμοθυμίως  
 καὶ κοινῶς ἦν Ἑλλήνων ὀπιθωάμενοι, πέσαι τὰ δὲ θεο-  
 φρόνων ὄρκους οἷς οἱ πατέρες ὑμῶν ἄμισθα, μὴ ἀμνη-  
 στήσῃ, ἰκέται γὰρ ἡμῶν ὑμῶν ἦν πατρῶων ἄφρον, καὶ

ὀπίσθε ἀδύνατοι, καὶ κακῶτα, μὴ γὰρ ἔσθαι ὑπὸ Θη-  
 βαίοις, μὴ δὲ τοῖς ἐχθροῖς φίλτατοι ὄντες παρὰ θεοῖς. ἡ-  
 μάρας τε ἀγαμυνησοῦν ἐκείνης, ἢ ἑλαμπεταίε μὴ  
 αὐτῶν παρὰ ξαντες, νυῖ ἐν τῆ δὲ δεινότατα κινδυνό-  
 μῶν παρὰ θεῖν, ὅσῳ δὲ ἀγαθὸν τε καὶ χαλεπώτατον τοῖς  
 ὡς ἐχθροῖς, λόγῳ τελευτῶν, διότι καὶ τὸ βίου ὁ κίνδυνος  
 ἐγγὺς μετ' αὐτὰ, παρόντων ἐχθρῶν ἢ δὴ ὅτι οὐ Θηβαίοις  
 παρέδωκεν τῶν πόλιν, (εἰλομέδαι γὰρ αὐτῶν παρὰ τῶν, τὰ  
 ἀχρῖς ὀλεθρῶν, λιμῶν τελευτήσῃ) ὑμῖν δὲ πεισύναντες  
 παρὰ ἰσθμῶν, καὶ διέχον, εἰ μὴ πείθομεν, ἐς τὴν αὐτὰ κα-  
 ταστησάντας, τὸν ξυμπύχοντα κίνδυνον ἑσάμα ἡμῶν αὐτοῖς  
 ἐλέσθαι, ὀπίσθε ἡμῶν τε ἀμα μὴ, Πλαταῖς ὄντες, οἱ παρὰ  
 θυμῶν παρὰ τοῖς Ἑλλήνας γυρόμενοι, Θηβαίοις τοῖς ἡ-  
 μῖν ἐχθροῖς, ἐκ ἦν ὑμετέρων χειρῶν καὶ τῆς ὑμετέρας  
 πίστεως, ἰκέται ὄντες, ὡς Λακεδαιμόνιοι, παρὰ θεοῖς γὰρ  
 ἔσθαι τε σπῆρας ἡμῶν, καὶ μὴ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήνας ἐ-  
 λυθροῦσθαι, ἡμῶν δόλεσαι.

E ADEM LATINE EX INTERPRETA-  
 tione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano  
 alicubi recognita.

**E**quidem, Lacedæmonii, vobis habentes fidem nos deditioem civitatis fecimus,  
 non existimantes tale subeundum nobis esse iudicium, sed æquius aliquod. Ne-  
 que apud alios iudices nobis disceptandum esse (quemadmodum & facimus)  
 quàm apud vos, assensum sumus, nos ius maximè impetrare posse censentes. Nunc au-  
 tem pertimescimus ne utroque simul aberraverimus. Susplicamur enim meritò  
 & certamen hoc nobis esse de vita, & vos non ex æquo ad iudicandum venisse. Cuius  
 rei signum est, quòd neque vlla nostri accusatio, quam debeamus refellere, antecessit,  
 sed ipsi ut loqueremur poposcimus: & interrogatio vestra perbrevis fuit: ad quam ve-  
 ra responsio, causæ nostræ inimica est: falsa, coargui potest. Undique itaque ancipiti in  
 conditione constituti, & cogimur, & tutius quàm tacere arbitramur, non prius pericli-  
 tari quàm aliquid dixerimus. Etenim id quod dici potuit, si dictum non est, occasio-  
 nem conquerendi præbuerit, tanquam salutare futurum si dictum fuisset. Difficilis est  
 autem nobis præter cætera, persuadendi ratio. Nam si ignoti essemus, afferendis testi-  
 moniis quorum essetis ignari, haud dubiè proficeremus: nunc apud scientes omnia  
 loquemur veriti, non quidem ne nobis (quos antea cognitos habetis) hoc crimini de-  
 tis quòd nostræ virtutes vestrorum sociorum virtutibus inferiores sint, sed ne ad alio-  
 rum gratiam iudicium subeamus iam peractum. Nihilominus tamen quid iuris &  
 aduersus simultatem Thebanorum & erga vos cæterosque Græcos habeamus, exhibe-  
 bimus, ac persuadere conabimur, nostra benefacta recensentes. Etenim quòd ad bre-  
 vem illam interrogationem pertinet, nunquid hoc bello de Lacedæmoniis sociisque  
 bene meriti simus, dicimus, si ut hostes interrogamur, non fecisse vobis iniuriam quòd  
 nullo vos beneficio affecimus: sin ut amici, nostra sententia vos peccasse potius bel-  
 lum nobis inferentes. At in pace & aduersus Medum strenui fuimus, quippe qui illam  
 quidè non violauerimus, hunc autè vna aggressi simus pro libertate Graciæfoli ex Bœo-  
 tis. Siquidem quum mediterranei essemus, tamen apud Artemisiū prælio navali pugnavi-  
 mus: & dum in agro nostro dimicatum est, vobis ac Pausaniæ affuimus: & si qua alia  
 per id tempus cum discrimine sunt à Gracis gesta, eorum nos omniū participes supra  
 vires exitimus. Vobis quoque separatim, Lacedæmonii, quum maximus Spartam ter-  
 ror circumsteteret, post terræ motum, facta in Ithomè mancipiorum defectione, tertiam  
 ex nobis ipsi partem auxilio misimus: quarum rerum nefas est vobis excidere memo-  
 riam. Et talem quidem præcis temporibus operam optimamque nauavimus. At ho-  
 stes postea fuimus. Vos in culpa, qui nos societatem obsecrantes, quum à Thebanis co-

geremur, reiecitis, utque ad Athenienses, tanquam vicinos, confugeremus, iussistis, quum ipsi longinqui essetis. In bello itaque nihil indignum à nobis neque passus fuistis, neque passuri. Quod si ab Atheniensibus vestro iussu deficere nolimus, haud iniurium est. Etenim quum nos illi contra Thebanos, dum vos pigebat, adiuuerint, prodere eos honestum non erat: praesertim quos in societatem precibus adduxissemus, à quibus beneficia, à quibus ius ciuitatis accepissemus. Imò decuit, quaecunque nobis illi praecepissent, nos strenuè exequi. At quae vos duces cum suis utriusque sociis egistis, siquid non probe egistis, facti culpa non penes illos est qui sequuti sunt, sed penes eos qui duces ad praue agendum exiuerunt. Thebani verò cum alias multas iniurias nobis intulerunt, tum verò postremam hanc, quae (ut nostis) horum causa est quae patimur. Nam quum urbem nostram foederum tempore & in sacris inuaderent, meritò eos supplicio affecimus: secundum communem omnium legem, quae sanxit, hostem multare licere à quo inuadaris, propter quem multatum, nunc haud rectè nos plectimur. Nam si iustitiam praesenti utilitate vestra, ex illorum commilitio, meremini, profectò non religiosos vos iudices esse declarabitis, & commodo magis quam honesto inseruire. Quod si vobis isti nunc utiles videntur esse, cerè multo nos magis ac reliqui Graeci tunc utiles existimus, quum in maius essetis discrimen adducti. Nunc enim alios inuaditis, ipsis formidolosus: at eo tempore barbarus seruitutem omnibus Graecis imponebat, quum isti cum illo fuerunt. Adeo ut iustum sit, huic nostro peccato (siquid peccauimus) opponi nostrum quo tunc erga vos fuimus studium, quod ipso peccato maius esse reperietis: & eo magis, quòd ea tempestate rari fuerunt è Graecis qui virtutem obicerent suam viribus Xerxis: laudatque potius sunt qui, dum inuaderentur, non habuerunt rationem utilitatis tutelaeque suae, malè res cum periculo audere pulcherrima: ex quibus nos fuimus, & quidem praecipuo honore affecti. Quo nomine nunc ne pereamus veremur, sequuti potius Athenienses iuste, quam vos utiliter. Enimvero decet idem de eisdem rebus vos sentire pariter, & id declarare, nec aliud quicquam existimare esse utilitatem, quam quum sociis qui strenuè se gesserint, certam semper fortitudinis gratiam referendo, praesentia negotia ex usu vestro constituuntur. Considerate quoque, nunc à plerisque vos Graecis existimari probitatis esse virtutisque exemplar. Qui si de nobis iniquam tuleritis sententiam, videte (non enim occultè hanc causam iudicabitis) ne factum vestrum non probetur, qui de nobis bonis viris ipsi meliores indecens aliquid statueritis, & hominum de Graecia bene meritorum spolia publicis in templis reponatis. Et sanè indignum videatur, vos Lacedaemonios euertere Plataeas, quam ciuitatem patres vestri virtutis ergò in tripode Delphico inscripserunt, & ex omni Graecia prorsus delere, propter Thebanos. Eò nanque calamitatis deuenimus, ut & perituri fuerimus si Medis vicissemus, & nunc apud vos, prius amicissimos, superemur à Thebanis: duasque difficultates maximas subeamus, tunc quidem fame pereundi, nisi nos urbemque dedissemus, nunc autem, capitis causam dicendi. Et reiecti sumus ex omnibus *Graeciae populis* Plataenses, deserti & inulti, qui supra vires fuimus studiosi Graecorum: quumque eorum tunc fociorum non sit quisquam nobis auxilio, ne vos etiam Lacedaemonii, vnica spes nostra, parum firmi sitis, extimescimus. Sed petimus à vobis, & per deos, qui sociales aliquando fuerunt, & per virtutem quam erga Graecos praestitimus, ut animos vestros flectatis: & siquid à Thebanis persuasi estis, à sententia recedatis: reposcatque vicissim illos gratiam vestram de nobis non occidendis, quos minimè debetis: atque ita honestam gratiam pro turpi recipiatis: nec in praebenda aliis voluptate dedecus ipsi accipiatis. Nam in promptu est vobis corpora nostra morte multare, sed arduum eius facti infamiam abolere, quòd nos iniquo supplicio afficiatis, homines vobis amicos, non inimicos, et si necessitate hostes fuerimus. Itaque si nobis metum mortis eximetis, innocenter iudicaueritis: illud ante omnia cogitantes, in vestram nos potestatem venisse voluntarios, ac manus tendentes *more supplicum*: cuiusmodi homines Graeciae ritus occidi vetat. Praeterea de vobis perpetuò nos esse benemeritos. Intuemini nanque sepulchra patrum vestrorum, quos à Medis interemptos, & in nostra terra sitos, quotannis publice honestabamus cum aliis inferiis, tum verò indumentorum apparatu: primitiis etiam fructuum



quoscunque nostrum solum fert, iusta soluentes, viri ex amica vobis regione & beneuoli, aliquando socii vestri ac commilitones. Quibus vos è cōtrario feceritis, non rectè sentientes. Considerate enim. Pausanias quidem qui illos sepeliit, tanquam in terra amica & apud amicos sepeliit: vos autem, si nos occideritis, agrumque Plataensem feceritis Thebanum, quid aliud quàm patres vestros atque cognatos, iis quibus nunc afficiuntur honoribus exutos, relinquetis in terra hostili, & apud ipsos interfectores: insuper solum in quo Græci seruitute liberati sunt, in seruitutem redigetis: delubra deum apud quæ conceptis votis illi Medos superarunt, deserta patiemini: patria sacrificia eorum qui ea condiderunt ædificaruntque, tolletis: rem profectò, Lacedæmonii, indignam vestra gloria, indignam publicis Græciæ institutis, indignam progenitorum memoria, indignam beneficiis nostris, vt alienæ inimicitiae gratia, nihil ipsi læsi, nos occidatis: quò dignum sit vt veniam detis, vt animo frangamini, vt modesta capiamini misericordia: considerantes non solum atrocitatem eorum quæ futurum est vt patiamur, sed etiam quales simus qui ea patiemur: *considerantes* quoque, incertum esse cui calamitas etiam immerenti euentura sit. Vos itaque, prout debemus, & prout necessitas cogit, oramus, implorantes eorundem altarium & communes Græciæ deos, vt nobis hæc allegantibus assentiamini: ne iusiurandum quod patres vestri iurarunt, obliuiscamini, per quorum sepulchra supplicamus, inuocâtes etiam eos vita defunctos, ne subiiciamur Thebanis, neve amicissimi vestri inimicissimis nostris tradamur: illum vobis in memoriam redigentes diem quo cum patribus vestris præclarissima gessimus, quum hodierno durissima quæque pati periclitemur. Sed quoniam hominibus in hac conditionem redactis, vt necessarium, ita grauissimum est finem loquendi facere, quia cum sine loquendi finiri vita periclitatur: loqui cessantes iam dicimus, ciuitatem nos urbemque tradidisse non Thebanis (præoptassemus enim, quàm hoc, turpissima nec famèque interire) sed vobis, fidem vobis habètes. Quod nisi exoramus, iustum est vos, postquam in eadem nos vnde processimus restitueritis, sinere quodcunque periculum deligere. Hoc etiam obsecramus, ne Plataenses homines, Græcorum aliquando studiosissimi, ex vestris manibus, Lacedæmonii, eque vestra fide & vestri supplices, Thebanis capitalissimis inimicis prodamur: sed nostræ salutis autores sitis, ne, qui cæteros Græcos vindicatis in libertatem, iidem nos extinguatis.

## THEBANORVM ORATIO.

## ARGVMENTVM.

Thebani, accerrimi Plataensium oppugnatores, tum in obsidione, tum in illorum post deditiōem reatu & causæ ditione, veriti ne Lacedæmonii, illorum defensione commoti, aliquid de seueritate remitterent: simul quòd iis nonnulla turpiter facta Plataenses obiecissent, facta dicendi potestate, reos illos peragere hac oratione conati sunt. Respondent ad singula capita defensionis Plataensium. Primum erat de causa necessaria, quæ eos ad societatem Atheniensium compulisset: ei opponunt suæ oppugnationis tum temporis æquitatem. Secundum de egregia opera in vindicanda Græciæ libertate, & de Thebanorum in eadem causa perfidia, cui opponunt Thebani vim potètiorem, à quibus id temporis ipsorum ciuitas terrebaratur: & post ea tempora suam erga Græcos fidem, Plataensium perfidiam: & in eos grauius delictum regerunt. quo loco ipsorum cum Atheniensibus societatem exagitat. Tertium erat de Thebanorum clandestino ingressu ad Platæas opprimendas: retorquent illi se paci publicæ consuluisse, & Bœotiae urbem ad Bœotiae societatem reuocare voluisse: simulque perfidiosam suorum eadem illis obiiciunt. Reliqua erant, quibus auitam virtutem & sepulchra Lacedæmoniorum quæ in suo agro essent, & voluntariam deditiōnem suam Plataenses prædicabant. Opponunt Thebani eorum iniurias, patrum suorum cædes in prælio, quo ab Atheniensibus stabant Plataenses. Postremò ius belli & reatus ostendunt.

Τοῖς ἄλλοις λόγοις οὐκ αὖ ἠπιστάμεθα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοὶ  
βραχυχῶς τὸ ἐρωτηθῆν ἀπεκρίναντο, καὶ μὴ ὅτι ἡμῶς  
πατόμενοι, κατηχηθεὶς ἐπιήσαντο, καὶ ἀεὶ αὐτῶν, ὄξω τῶν  
θεμελιῶν, καὶ αἶμα οὐδὲ ἠπιστάμενων, πολλῶν ἂν ἀπολο-

γίαν, καὶ ἔπαινον, ὧν εἰδὲς ἐμέμελα το. νῦν ὃ ἀεὶς μὴ τὰ αὐ  
πειπεῖν δεῖ, τῶν δὲ ἐλεγχόντων ποιήσασθαι ἵνα μήτε ἡ ἡμετέρα  
αὐτοῖς κακία ἀφελῆ, μήτε ἡ τούτων δόξα τὸ δὲ ἀληθῆς  
ἀεὶ ἀμφοτέρων ἀκούσαντες, κρίνητε. ἡμῶς δὲ αὐτοῖς





ἐρημίαν δ' εἰαυτοῖς ἔροισι. τοῖς γὰρ ἀμείνους ἑυμακάχοις  
ἐκόντες ἀπέωσαντο. παρλωπύθησαν τε, οὐ παρρησίαντες ὑφ'  
ἡμῶν, μίση δὲ πλεονὴ δίκη κρινάμετες, καὶ ἐν αἰταποδόν-  
τες νῦν πτωχὸν ἕλωσιν. ἐννομα γὰρ πείσονται, καὶ οὐχὶ  
ἐκ μακρῆς χεῖρας παρρησίαντες, ὡς παρρησίαντες, ἀλλ' ἀπὸ ἑυ-  
βασίας ἐς δίκην σφᾶς αὐτοῖς παρρησίαντες. ἀμείνατε οὖν  
ὡς Λακεδαιμόνιοι καὶ πᾶσι Ἕλλησιν νόμῳ ὑπὸ ἡμῶν  
παρρησίαντες, καὶ ἡμῖν ἀνομιὰ παρρησίαν αἰταποδόντες χα-

ειν δι κείαν ὧν παρρησίαντες γὰρ ἡμεῖς καὶ μὴ τοῖς ἡμῶν  
δὲ λόγοις παρρησίαντες ὡν ὑμῖν. ποιήσατε δὲ τοῖς Ἕλλησιν  
παρρησίαντες, οὐ λόγον τοῖς ἀγροῖς παρρησίαντες, ἀλλ'  
ἔρπον ὧν ἀγροῖν μὲ ὄντων, βραχέως ἢ ἀπαγέλια φρεσὶ  
ἀμφοτερομυθίων δὲ, λόγοι ἐπὶ κομμηθέντες, παρρησίαν  
ματὰ γέγονται. ἀλλ' ἡμῶν οἱ ἡγεμόνες, ὡς παρρησίαντες, κε-  
φαλαίως αὐτοῖς παρρησίαντες ἀνομιὰς ποιήσῃ-  
σθε, ἡσὸν τις ἐπ' ἀδίκους ἔρπον λόγοις καλοῖς ζητήσῃ.

E A D E M L A T I N E, E X I N T E R P R E T A  
tione Laurentii Vallæ, ab Henr. Stephano  
nonnullis in locis recognita.

**E**quidem dicendi partes haudquaquam postulasset si isti & breuiter ad interro-  
gata respōdissent, nec in nos conuersi crimina obiecissent, nec seipsos præter rem-  
tum excusassent, nemine accusante, tum laudassent, nullo detrahēte. Nunc autem  
oportet ea nos partim negare, partim coarguere, ne ipsis & sua iactantia & nostra pro-  
fit inertia: & vt vos, auditis vtriusque, quid veri sit iudicetis. Iam primū cur horum ad-  
uersarii facti simus, hinc extitit, quōd quum Plataeam ex omni Bœotia postremam cō-  
didissemus, aliāque cum hac oppida, quæ conuenis exterminatis obtinuimus, isti no-  
strum imperium, quale à principio fuerat constitutum, dedignabantur: quum autem  
secus quàm cæteri Bœoti, patria instituta violantes, cogentur à nobis, ad Athenienses  
defecere, cum que illis nos permultis iacturis affecere, quarum & talionē acceperunt. At  
postquam barbarus Græciam inuasit, aiūt se solos ex Bœotis non sensisse cum Medis:  
& in hoc præcipuē tum se iactant, tum nobis conuitiantur. Nos verò fatemur eos non  
sensisse cum Medis, quia nec Athenienses: verū quum eadem ratione tenderēt Athe-  
nenses aduersus Græcos, dicimus eos solos ex Bœotis ab Atheniensibus stetitisse. Atque  
id quo pacto vtrique fecerimus considerate. Nostra quidem ciuitas ea tempestate ne-  
que per legitimum paucorum principatum, neque per popularem statum administra-  
batur sed (quod legibus & modestiæ maximè aduersarium est, proximèque ad tyrāni-  
dem accedit) potentia paucorum, qui suas facultates fundandi spe, si Medus rerum po-  
tiretur, vi plebem coercentes, barbarum induxerunt. Quod certè ciuitas vniuersa non  
fecit: neque tunc sui arbitrii fuit, vt dignum sit exprobrare ei quæ nō saluis legibus ad-  
misit. At vbi post Medi discessum leges recepit, considerare oportet, quum postea Athe-  
nenses inuaderent Græciam, & suæ ditioni nostram regionem subiicere conarentur, e-  
iusque, propter intestinas discordias, bonam partem iam subiicissent, nunquid nos pu-  
gna ad Chæroneam commissa, victores Bœotiam liberauerimus, & nunc libenter re-  
liquam Græciam cum cæteris liberemus, tantum equorum copiarūque præstantes  
quantum nulli sociorum. Atque hæc hæctenus de purgādo crimine quōd cum Medis  
sensimus. Quōd autē vos magis Græciā læseritis, ac digniores sitis omni supplicio, tē-  
tabimus ostendere. Extitistis (vt dicitis) ad nos vlciscendos Atheniensium socii atque  
conciues. Oportebat ergo vos duntaxat aduersum nos, non etiam aduersus alios, illis  
præstare comitatum: quum præferim, siquō ab iis inuiti ducebamini, præsto Lacedæ-  
monii essent, societate vobis cū illis iam inde cōtra Medum cōtracta, quā ipsi tanto pe-  
re allegatis: quæ satis erat ad nos arcēdos ab inferēda vobis iniuria, & ad vestræ profus  
securitati consulendū. Sed nimirū volentes, nō coacti, adhuc magis partes Atheniensium  
elegistis. Et postea dicitis turpe futurū fuisse prodere benemeritos: imò turpius fuit vni-  
uersos prodere Græcos, cū quibus cōiurastis, quàm solos Athenienses: hos quidē, Græ-  
ciā in seruitutem redigētes, illos verò, liberantes: quibus non similem vos gratiam retu-  
listis, nec à dedecore alienam. Quippe iniuria lacestisti (vt dicitis) illos ascuistis: at eisdem  
in facienda aliis iniuria vos socios præstitistis. Et sanè minus turpe est similem gratiam  
non reddere, quàm eam quæ cum iustitia debetur, per iniustitiam reddere. Ex quo de-  
clarastis vos solos ex Bœotis, non Græcorū causa nō stetitisse à Medis, sed quia nec Athe-  
nenses steterunt, eadem quæ illi facere volentes, contraria quàm cæteri Græci. Et nūc  
vt ea vobis prosint quæ aliorum causa fortiter egistis, postulatis. Verū id nequaquam est

æquū: sed quemadmodū Athenienses elegistis, sic ab eis adiuuamini: nec allegetis illius  
 tēporis coniurationē, tanquam nūc ob illam vos liberari oporteat cuius desertores præ-  
 uaricatorēque fuistis, ad Aeginetas potius, & aliquot aliorū qui coniurauerant subigē-  
 gendos, quā ad eos subigi prohibendos: idque neq; inuiti, vt pote saluis legibus, quas  
 in hunc diem habetis, neque, sicuti nos, ab aliquo coacti. Nouissimam quoque, ante-  
 quam muro concluderemini, exhortationē, ne essetis in partibus, sed hoc bello super-  
 federetis, admittere recusastis. Quinam igitur sunt apud omnes Græcos vobis odio di-  
 gniores, qui in illorum perniciem strenui esse instituitis: Cæterū vestra quidem illa  
 fortia facta quæ prædicatis, vobis non conuenire declarastis: at ea quæ ingeniu *vestrum*  
 semper expetebat, certò patefacta sunt. Nam cum Atheniensibus iniquum ingredien-  
 tibus iter, perrexistis. Hactenus quæ pertinebant ad ostendendum & nos inuitos à Me-  
 dis, & vos ab Atheniensibus voluntarios stetitisse. Quòd autem ad extremum dicitis, vo-  
 bis iniuriam factam, quòd nefariè nos, stantibus fœderibus & die solēni, ad urbem ve-  
 stram accessimus, ne in hoc quidem nos magis quā vos delinquere existimamus.  
 Nam si dum ad urbem vestram venimus, oppugassemus vos, agrūque hostili more  
 vastassemus, iniurii nimirum fuissetis: sin verò quidam ex vobis tum opibus tum ge-  
 nere primores, quòd vellent vos ab externa societate desinere, & ad communia Bœoto-  
 rum omnium redire iura, nos vtrò accerserunt, quid tandem iniuriæ facimus? Qui e-  
 nim ducunt, potius quā qui sequuntur, delinquant. Quanquam nec nos, nec illi (vt no-  
 stra fert opinio) delinquant. Quippe quum ciues essent, & in suam urbē intromittētes  
 vos rebus periclitarentur, suas ipsorū portas aperuerūt: & in suam urbē intromittētes  
 amicè nos, non hostiliter, volebant, eos qui ex vobis improbiore essent, non iam ma-  
 gis *improbos* esse: & qui boni, quæ merebātur, obtinere: castigantes animum vestrum,  
 non autem corporibus ciuitatem orbantes, sed redintegrantes in pristinam necessitudi-  
 nem: nec vlli vos hostes esse, sed cum omnibus æqualiter fœderatos reddere volentes.  
 Cuius rei signum est, quòd neque hostiliter egimus, ( siquidem nemini vis illata à no-  
 bis est ) & ediximus vt quisquis secundum communes Bœotiæ ritus degere vellet, ad  
 nos transfret. Vos quoque libenter transistis, ac pactione inita initio quieuitis: sed  
 postea quum nos paucos esse cognouissetis, ( si fortè iniquius aliquid egisse videba-  
 mur, quòd non de plebis vestræ sententia *urbem* ingressi essemus ) parem quidem no-  
 bis vicem non retulistis, vt nihil noui in nos facto moliremini, & verbis persuaderetis  
 egredi: sed nos contra pacta aggressi, de iis quidem quos re ad manus vocata interfeci-  
 stis non tantopere dolemus: ( nam iure quodam id passi sunt ) at *erga eos* quos & vi-  
 uos & manus protendentes cepistis, quosque quum spondidissetis nobis nequaquam  
 vos interfekturos, nefariè interemistis, quis vos sceleratè egisse neget: Idque tribus sceler-  
 ribus breui tempore perpetratis, tum soluendo pactiōnem, tum viros, postquam eos in-  
 fidem recepissetis, tum illos non iri occisum, si nihil agros vestros læderemus, menda-  
 citer pollicendo: Et tamen dicitis nos præter ius egisse, & postulatis vt supplicium vi-  
 cissim non luatis. Minimè verò, si modò isti consentanea rationi *de vobis* statuunt: sed  
 eorum omnium causa pœnas dabit. Atque hæc nos, Lacedæmonii, & vestra & nostra  
 causa commemorauimus: vestra, vt vos quidem istos à vobis condemnatum iri intel-  
 ligatis: nostra autem *vt sciamus* nos iustas etiam pœnas eis irrogasse. Neque verò pri-  
 sca istorum decora ( siqua extiterunt ) audientes vos frangant, quæ iniuriam quidem pa-  
 tientibus debent esse præsidio, iis verò qui aliquid turpitudinis admiserunt, duplici-  
 ter supplicium: quoniam minimè conueniens *pristina sua virtuti* peccatum admit-  
 tunt. Neque lamentis aliquid ac miseratione proficiant, implorates patrum vestrorum  
 sepulchra, & suam solitudinem deplorantes. Nam multo tristiora nos passam ostendi-  
 mus nostram iuuentutem, quæ ab istis trucidata est: cuius patres partim in Coronea,  
 vobis Bœotiam adducētes, mortem oppetierunt, partim in senio filiis orbat, apud de-  
 solatas domos longè iustioribus vos precibus obsecrant vt de istis su matris supplicium.  
 Misericordia enim digniores sunt homines qui immeritò aliquid patiuntur: at qui me-  
 ritò ( sicut isti ) contra *digniores sunt* gaudio excipi. Præsentemque solitudinem suapte  
 culpa habent: quippe qui meliores socios, prudentes & scientes aspernati sint. Sceleratè-  
 que egerunt, nulla antea iniuria à nobis affecti, sed ex odio potius quā ex iure iudiciū